



2635

X688  
XIII-2

D N.

# P E T R I D E

B E L L A P E R T I C A I V R I S -

C O N S V L T I P R I M A R I I D E F E V D I S

T r a c t a t u s n o u u s , & a n t e h u n c d i e m n o n  
v i s u s , c u i u s s u c c i n c t a m b r e u i t a t e m

& m u l t i j u g a m v t i l i t a t e m s e -

q u e n s d e c l a r a b i t

P r æ f a t i o .

C u m t i t u l i s & e o r u m m a t e r i i s p r æ m i s s i o .




C O L O N I A E

A p u d I o a n n e m B i r c k m a n n u m

& W e n n e r u m R i c h w i n u m .

M. D. L X V .

C u m G r a t i a & P r i u l e g i o C a s . M a i e s t . a d d e c e n n i u m .



# TYPOGRA<sup>F</sup>

PHVS LECTORI, S.



V Min communī  
more positum sit,  
amice ac beneuo-  
le Lector, vt qui  
scriptū aliquod,  
seu proprium seu alienum in  
publicum emissurus est, præfa-  
tis vel paucissimis verbis eius  
causam, rationem & vtilitatem  
emptoribus exponat, nos quo-  
que partium nostrarum esse du-  
ximus, vt de præsente hoc opus-  
culo palām honorificam, ac di-  
gnam faceremus mentionem.  
Nos itaq; cùm communis Rei-  
publicę literarię commodi non  
fanè minorem, quàm nostri ra-  
tionem habendam esse confy-

\* 2 derare-

P R A E F A T I O .

deraremus, hunc præsentē Tra-  
ctatum vetusti cuiusdā, sed suæ  
ætatis exercitatissimi Iuriscon-  
sulti Dn. Petri de Bella Pertica,  
Iuris utriusque (vt in manuscri-  
pto exemplari legitur) Monar-  
chæ mero erga quoscunque Iu-  
risprudentiæ studiosos amore  
candoreq; sumptibus, atq; im-  
pensis nostris qualibuscunque  
primūm omnium typis in lu-  
cem edidimus, & id quidem tan-  
tò libentiùs, quanto maiorem  
elegantissimi huius Tractatus  
utilitatem, ac materiarum va-  
rietatem nobis perspectam, &  
exploratam haberemus. Nam  
plures existere qui præsentem  
hanc materiam scriptis suis ex-  
planarunt, idq; haud dubiè non  
minus copiosè q̄ vtiliter, haud  
infi-

## PRAEFATIO.

inficias imus, sed cū veteres scri-  
ptores, qui aliquādiu summa cū  
iniuria in tenebris latuerūt, ma-  
gis nucleus quā testam, & ma-  
gis rem, quām verba prosecuti  
fuerint, hunc quidem ipsum au-  
thorem eo maximē nomine, cā-  
dide Lector, tibi commēdānius  
& prædicānius, quōd earum re-  
rum quas de Feudis explicandas  
suscepit, tam genuinam, quām  
breuem, tam propriā, & ex fon-  
tibus petitam, quām claram &  
luculentam expositionem, ac  
commentationem confecerit,  
qualem hactenus similem vix  
quisquam ostendere possit. Sed  
ne verba magis, quām rē ipsam  
dare tibi videamur, age experi-  
mētum in voluēdo ac reuoluē-  
do hoc authore facias licebit, &

PRAEFATIO.

haud dubiè cueniet id , quod  
persuasum tibi voluimus. Por-  
rò non arbitramur , nec spera-  
mus hanc nostram typographi-  
cam operam cuidam vel fraudi  
futuram, vel displicituram esse:  
quam à nobis magis communis  
vtilitatis, quam proprij cōmodi  
causa in præsens nauatam esse  
quisq; certò sibi persuadere de-  
bet. Dabimus autem Deo adiu-  
uante posthac plura , & maiorē  
in modum studebimus , ne ina-  
nes aut infructuosas operas col-  
locasse dici possimus. Vale, &  
fruere fœliciter. Colo-  
niæ Idibus Sept.

1563.

TITV-

# TITVLI HVIVS TRACTATVS DE FEVDIS.

## Titul. I.

<i>Definitio Feudi.</i>	2
Titul. II.	
<i>De Sacramento fidelitatis.</i>	5
Titul. III.	
<i>Qui potest dare Feudum.</i>	27
Titul. IIII.	
<i>Quibus personis potest dari Feudum.</i>	35
Titul. V.	
<i>Quae res possunt dari in Feudum.</i>	43
Titul. VI.	
<i>Quibus modis constituantur Feudum.</i>	53
Titul. VII.	
<i>Qualiter acquiratur Feudum.</i>	69
Titul. VIII.	
<i>Qualiter retineatur Feudum, &amp; alienetur.</i>	71
Titul. IX.	
<i>Quibus casibus &amp; modis Feudum amittatur.</i>	91
Titul. X.	
<i>Qualiter Feudum negligentia deperdatur.</i>	105
<i>Qualiter Feudum perditur per Clericationem.</i>	120
<i>Qualiter perdatur Feudum Inuasione.</i>	323
<i>Qualiter perditur Feudum Refutatione.</i>	324
<i>Qualiter Feudum perditur Cessione.</i>	325
<i>Qualiter Feudum perditur Alienatione.</i>	ibidem
<i>Qualiter perditur Feudum Praescriptione.</i>	326
<i>Qualiter Feudū perditur petitione seu vendicatione.</i>	328
<i>Qualiter perditur Feudum Captiuitate.</i>	329
Titul.	

I N D E X.

<i>Qualiter Feudo finito siue fuitus pertineant domino.</i>	133
<i>    Titul. XI.</i>	
<i>Qui succedunt in Feudo.</i>	136
<i>    Titul. XII.</i>	
<i>Qualiter qui succedunt in Feudo, necesse habent petere     investituram.</i>	138
<i>    Titul. XIII.</i>	
<i>Quo iure petitur Feudum.</i>	153
<i>    Titul. XV.</i>	
<i>Quis sit index in causa Feudi.</i>	161
<i>    Titul. XVI.</i>	
<i>Qualiter Vasallus à fidelitate &amp; obedientia domini li-     beretur.</i>	179

TRA

TRACTA=

TVS DE FEVDIS DOMI-

NI PETRI DE BELLA PERTICA

*vtriusque Iuris Monarchæ fe-*

*liciter incipit.*

Tractaturo ergo de feudis, Primò vi-

dendum est quid sit feudum.

Secundò vnde dicatur.

Tertiò de forma Iuramenti fidelitatis.

Quartò quis potest dare feudum.

Quintò quibus personis dari possunt.

Sextò quæ res dari possunt.

Septimò quibus modis constituitur  
feudum.

Octauò qualiter acquiritur.

Nonò quibus modis alienatur feu-

dum.

Decimò quibus casibus amittitur.

Vndecimò de fructibus feudi post a-

missionem.

Duodecimò qui succedunt in feu-

dum.

Tertiodecimò de inuestitura qualiter  
fiat, & per quos testes probetur.

A Quar-

Quartodecimò quis sit Iudex feudi.  
Quintodecimò quo iure feudum pe-  
tatur.

Sextodecimò quibus modis vel casi-  
bus Vasallus à fidelitate domini li-  
beretur.

## DEFINITIO FEVDI.

### TITVLVS I.

1. Feudi definitio.
2. In honesta seruitia pro feudo minimè p̄sta.
3. Turpes stipulationes nullius momenti.
4. Nemo superiori in turpib. obedire tenetur.  
*In atrocioribus non ideo excusantur, quia domi-  
ni mandatum faciunt, secūs in non atrocios-  
ribus. num. 5. 6. 7.*



*E V D V M est concessio  
rei pro homagio facta, ex-  
tra de Simon. c. ex diligen-  
te: & in hoc differt ab Emphyteusi,  
in qua non debetur homagium secun-  
dum casum. ext. de Iur. Emphyteut.  
c. potuit & C. de Sacro sanct. Eccles.  
Auth.*

*Auth. Qui res iam dictas. & C. de iure  
Emphyteut. L. 2.*

*Vel feudum est beneficium, id est, be-  
nevolia actio, tribuens gaudium ca-  
pienti, capiensq[ue] tribuendo. ut in v[er]sib.  
feud. Rub. In quib. casib. feud. amitt.  
in c. Obertus de orto.*

*Vel feudum est cōcessio rei facta ali-  
cui cum translatione v[er]tutis dominij,  
ad habendum & fruendum cum ex-  
hibitione alicuius honesti seruitij.*

*Benè dicitur honesti seruitij: quia 2  
secūs est si inhonesti, puta quia con-  
cedit feudum vt hominem iniuste o-  
cidat, vel offendat, vel sacrilegium  
faciat, vel vt in meretricio, vel turpi  
seruitio domino seruiat: tunc feudi  
concessio non tenet. argu. ff. Si remu-  
nerandi. §. Si adolescens: & l. Si man-  
dauero tibi. §. Quod edere. Genera- 3  
liter enim nouimns turpes stipulatio-*

nes vel concessiones nullius eſſe mo-  
mēti. vt. ff. de fideiūſſ. l. Generaliter.

- 4 Vnde per hoc non tenetur vasallus  
domino in factis turpibus, vel inho-  
nestis obedire. arg. ff. de oper. liber. l.  
Hæ demum operæ, & l. Eius arti-  
ficij, cùm palam est eum irrationabi-  
liter hoc facere vel mandare. in vſi-  
bus feudor. Rub. Hic finitur lex. &c.  
c. domino guerrā. Nam nec seruus do-  
mino, nec filius patri, nec ciuis magi-  
stratui, seu Rectori tenetur in turpi-  
bus obedire. ff. de act. & obligat. l.  
Seruus. ff. de arbit. l. Si cū dies. §. In  
compromiſſo. Etsi in atrocioribus  
delictis obediunt non ideo excusan-  
tur, quia domini mandato faciunt:  
Nam & hi, & ipſe dominus tenetur  
ad pœnam delicti. ff. de Iniur. l. Non  
ſolum. §. precibus. Nec enim oportet  
malitiam vasalli, mandato domini  
augeri

augeri.argumento. ff. de ser. corrupt.

L. I. §. Persuadere. In alijs autem quæ 6  
non sunt atrociora, puta vt damnum  
alicui det in rebus suis, si obtempera-  
uerit domino excusatur secundum le-  
ges seculi, & non ipse vasallus, sed  
dominus præcipiens ad emendatio-  
nem dāni dati tenetur. ff. ad l. Aqui-  
liam. l. liber homo. Ad ea enim quæ 7  
atrocitatem facinoris vel sceleris nō  
habent, ignoscitur obtemperanti. vt  
ff. de reg. Iur. l. Ad ea quæ: sed secun-  
dum canones non excusatur. argu-  
mento extr. de iniurijs. c. Si culpa. &  
maximè quo ad Deum, qui peccato-  
rem etiam de ociosis verbis & factis  
minimis reprobauit.

## DE SACRAMENTO FI- DELITATIS. Titul. II.

1. Feudi Etymologia.
2. Forma Iuramenti remissione.

3. Forma Iuramenti fidelitatis communis.nume  
me 3.4.5.6.7.
4. Vasallus dominum contra patrem iuuare  
non tenetur.num 8. & 9.
5. Sex Vasallus debet habere in memoria. num=me.10.11.13.14.15.16.17.
6. Vasalli & domini reciproca est obligatio.  
num.18. & 19.
7. Iuramentum fidelitatis præstatur inuesti-  
tura de feudo concessso facta.num.21.
8. Vasallum recusantem iuramentum domi-  
nus inuestire non tenetur.num.22.23.
9. Iuramentum fidelitatis omnes Vasalli præ-  
stare coguntur num.24.
10. Feudum honoris quid?nu.25
11. Mortuo domino Vasallus iteratò cogitur  
iurare successori.nu 26.
12. Omnibus successoribus iurandum est si plus  
res sint.num 27.
13. Plures heredes Vasalli iurabunt, si omnes  
succedunt.num.28.29.30.

¶



Iicitur feudum fidei datio,  
siue à fidelitate, siue à fide.  
Rub.de Inuestit. §. Iuwesti-  
tura, quam feudatarij seu vasalli do-  
minis

minis suis præstare & iurare debent.  
 ut in lib. feud. Rub. Qualiter vasallus  
 iurare deb. domino suo.c. qualiter. &  
 ext. de Iure iur. c. Veritatis. & c. Eam  
 te. Et ideo de forma Iuramenti hic  
 tractamus, hoc est de forma Iuramen-  
 ti fidelitatis. Cuius iuramenti forma  
 est in prædicto.c. qualiter, & ext. de  
 Iure iur. c. Ego Nicolaus. ubi est for-  
 ma, qua præcipue iurat Clericus, vel  
 Prælatus Ecclesiæ ratione: Vbi sunt  
 aliquot capitula quæ iurare non de-  
 bet vasallus domino seculari. Ut ta-  
 men pleniùs cognoscatis, forma com-  
 munis iuramenti, quod præstatur do-  
 mino feudi talis est videlicet: Iuro  
 ego P. quod ab hac hora in antea ero  
 fidelis vt vasallus domino Iohanni  
 in omni opere. Item iuro: quod non  
 ero in consilio neque in facto, vt ipse  
 dominus vitam vel honorem perdat,

- aut membra: vel capiatur mala captione: vel munitiones suas perdat,  
Vel bona. Quòd si prædicta, vel ali-  
quid prædictorum sciuerō, si potero,  
contradicam ut non fiat, alioquin de-  
nunciabo domino, quām citius potero  
per me, vel per alium, ut sit domino  
meo notum. Hoc capitulum proba-  
tur arg. ff. ad Silleia. l. I. §. occisorum,  
¶. §. potuisse. ¶ ff. Locati. l. Item  
5 quæritur. §. Exercitu. §. Item. quod  
eidem domino erit facile facere, non  
faciam difficile, quod ¶ idem fuerit  
possible, ut sit impossibile non tra-  
ctabo. Item consilium quod mihi per  
se, aut per literas, vel per nuncium ma-  
nifestabit, seu manifestauerit, ad eius  
damnum nulli pandam, sed postula-  
tus consilium tribuam bona fide.  
6 7 Item iuuabo ¶ defendam ipsum do-  
minum, ¶ omnia iura sua toto posse  
meo,

meo, secundum Deum & iustitiam  
contra omnes homines huius mundi.  
Excepta persona Imperatoris, ut in  
constitut. Freder. de feud.s.i. Et do-  
mini Papæ, ut in c.Venientes.ext.de  
Iureiur.vel Regis, vel alicuius domi-  
nic cui subest.Rub.Hic finitur lex.de-  
inde, &c.c.l.s. Contra omnes. & arg.  
ff. ad Municipal. l. Imperator. Sed 8  
nunquid iuuabit contra patres, vel  
filios, vel fratres suos? Videtur quod  
sic per prædictum.s.contra omnes, &  
argumentum ff. de condic. Indeb. l.  
frater à fratre, & ff. si seruit. Vind.  
l. Alicui. Argumentum contra. C. de  
excusat. tut.l. Humanitatis. Vbi tu-  
tor non tenetur iuuare pupillum suū  
contra prædictas personas. Item be-  
ne dicitur suprà, secundum Deum &  
iustitiam, quid enim? si scio dominum  
irrationabiliter præliari, tunc non

tenebor ipsum iuuare ad offendendum alios. Rub. Hic finitur lex, &c.

9 c. domino. Nam & seruus excusat qui dominam suam in adulterio prehensam, & à marito imperfectam non iuuuit. ff. ad Silleian. l. Si quis in

10 ingraui. s. Sed in hoc. Vnde sex addimus quæ debet vasallus in memoria habere, & ea vitare, bona fide seruare: incolume, tutum, honestum,

11 possibile, utile, facileq;. Incolume, ne sit in damno domino suo de corpore

12 seu membris. Tutum, ne sit in damnum de consilio suo, vel de munitiōnibus per quas dominus potest esse

13 tutus. Honestum, scilicet ne sit ei in damnum de iustitia sua, vel de alijs causis, quæ ad domini pertinent ho-

14 nestatem. Possibile, scilicet ne id quod possibile erat, domino reddat

15 impossibile. Utile, scilicet ne in dam-

num

num sit domino suo de suis rebus.

Facile, scilicet ne id bonum, quod do- 16  
minus suus leuiter facere poterat, fa-  
ciat ei difficile, sine graue. Sed quia 17  
non sufficit abstinere à malo, nisi fiat  
quod est bonum, ut in ijsdem capitu-  
lis scriptis: consilium & auxilium fi-  
deliter domino suo præstet, si benefi-  
cio feudi voluerit esse dignus, & fi-  
delitatem debitā voluerit abseruare.

Dominus quoque in his omnibus va- 18  
sallo suo debet reddere gratā vicem:  
alias malæ fidei dominus censeretur.

Hæc omnia sunt per ordinem in de-  
cret. 22. q. 5. c. cùm de forma. Vnde 19  
potest feudum dupliciter accipi, scili-  
cet à fidelitate, quam vasallus domi-  
no suo, & à fide quam vice versa do-  
minus debet vasallo: quam si non  
præstiterit, iuramentum fidelitatis  
eidem domino nō seruetur. 27. q. 2. c.

Aga-

Agathosa. & C. de pactis. l. Cùm pro-  
 21 ponas. Aequū enim est vt ab eo à quo  
 fidē vel bonū exigis, fidē & bonū sibi  
 mutuò præstes. arg. ff. de petit. hæred.  
 l. Sed et si lege. §. Consuluit. ext. de te-  
 stam. c. cum in officijs 7. q. 2. c. illud,  
 16. q. 2. c. vtilis. argum. Si à par. fuer.  
 manu. l. i. Sciendum tamen est, quòd  
 facta concessione feudi, & inuesti-  
 tura secuta, tunc demum hoc ius in-  
 rādum præstabit vasallus. Rub. Qua-  
 liter iurare debet vasall. domino. §.  
 Inuestitura. Primò enim dominus  
 debet ex parte sua complere, quæ  
 facere tenetur, & post debet exige-  
 re, & recipere quod sibi faciendum  
 est à vasallo. argumento. ff. de action.  
 empt. l. Iulianus. §. offerri, & ff. de  
 22 ædil. ed. l. Sciendum. Si tamen iura-  
 mentum vasallus facere recusaret,  
 tunc non debet ipsum dominus inue-  
 stire,

stire, nisi pacto esset remissum huiusmodi iuramentum.c. per quos fiat investitura. Per totum &c. Nulla. Vnde vasallus qui inuestituram petit, debet instanter fidelitatem domino polliceri ut Rub. Quibus caus. feud. amitt.c. Obertus. s. prima autē. Quid autē, Si inuestitura taliter fiat, 23 plenius videbitis in sua Rubrica, de inuestitura. Hoc autem iuramen- 24 tum præstant omnes vasalli dominis suis, siue habeant feudum honoris, siue feudum scutiferi vel conditionale. In uno tamen differunt, quia dominus facta inuestitura, & recepto sacramento fidelitatis vasallum honoris vel militiae ad osculum recipere consuevit: sed habentes feudum conditionale vel scutiferi recipere non tenetur. Dicitur feudū honoris quo- 25 tiens cum re feudalī, utputa castro, vel

vel villa concessa in feudum, habet  
vasallus Iurisdictionem. quo casu te-  
netur vasallus domino gaudij facien-  
di ratione. Sed quæritur, mortuo do-  
mino an vasallus iteratò iurare de-  
beat successori? Et dicitur, quòd vti-  
que. vt ext. de Iure iur. c. veritati. Sed  
quando vasallus iurauit domino re-  
cipienti pro se & successoribus suis,  
iurare non cogitur successori. Quid si  
plures fuerint successores, an sit iu-  
randum omnibus? Videtur quòd non.  
Nam pro uno feudo non debet quis  
compelli habere plures dominos. Ru-  
bric. de feudis c. Imperiale. s. præ-  
terea: Ratio est: ne qui cum uno do-  
mino contraxit, distingatur in plu-  
res id iurare. arg. inf. de exercit. l. Ne  
in plures. ff. Iudic. sol. l. Iam tamen. s.  
penult. Sed argumentum cōtra, quod  
omnibus sit iurandum. ff. de vsu. l. Si  
cuius

cuius. s. Sed si plures, & argumentum  
 ff. qui satis d. cog. l. Sed si plures. Hoc  
 verius puto, quādo omnes succedunt,  
 quōd omnibus sit iurandum: quia &  
 onus præstandi fidem & defensio-  
 nem faciendi vasallo omnibus incum-  
 bit, & sic intererit vasallo potius iu-  
 rare pluribus quam vni: quia & à plu-  
 ribus iuuabitur & defendetur, quod  
 utilius erit ei. argumētum ff. de oper.  
 noui nunc. l. Num rei publicæ. Quid 28.  
 ergo è conuerso: an plures hæredes va-  
 sali iurabunt? Respondetur. Quòd si  
 omnes succedunt, & æqualiter, vt in  
 Rubr. de his qui feud. dare poss. c. i. s.  
 Sed cùm hoc omnes iurabūt, vt Rub.  
 si de feud. cont. sit inter dom. & agn.  
 vasal. c. omnes filij. Cùm autem vnus  
 succedit, ille solus iurabit, etiā si alias  
 plures essent hæredes vasallo in alijs  
 bonis suis. Quid enim? si de feudo

Mars

- 29 Marchiæ, Ducatus, vel regalis hono-  
ris quis fuerit inuestitus, eo expresso  
vt ad hæredes suos transeat dictum  
feudum: quia aliâs non transit ad hæ-  
redem, in prædicto casu tale feudum  
non debet diuidi, sed ad vnum tan-  
tum successorum transferri. vt Rub.  
de feud. March. & Ducatus. c.I. &  
Rub. de feud.c. Imperiale. s. præte-  
rea ducatus. & extra de vot. & vot.c.
- 30 vniuersis. Vel quid in alio feudo, quod  
bene potest diuidi, vt in d. s. Præte-  
rea. & plures sunt successores, omnes  
tamen feudū repudiāt præter vnum.  
Certè ille vnuis succedet in toto feu-  
do, & ei partes non potentium ac-  
crescent cum onere suo, & idem solus  
iurat, & seruit solus. argumento C.de  
caduc.toll.s. His itaque. C.de impub.  
& alijs subst.l. Testamēto ff. de legat.  
2.l. Si Titio & Mævio.s. Julianus.ar-

gu-

gumentum contra. ff. de legat. 3. l. i. 5.  
 fui. Vnde sine onere venit ad alium,  
 sed non obstat. Item si ex diuisione ad 31  
 vnum peruenit, ille solus fidelitatem  
 facit. Rub. si de feud. defuncti cont. sit  
 inter dom. & ag. c. omnes filij.

## QVI POTEST DARE

FEVDVM. Titulus III.

1. Omnis homo qui non prohibetur, potest dare  
re feudum.
2. Papa & Imperator feudum dare possunt.
3. Fiscalia sunt principis, & Ecclesiastica do-  
mini Papæ.
4. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Aba-  
bates feudum dare possunt.
5. Prælati possunt dare in feudum illas res qua-  
suo tempore necessitate reciderunt.
6. Quatuor casibus Ecclesia de novo concedea  
repotest.
7. Agnatis Prælati in feudum dare prohi-  
bentur.
8. Consensus capituli requiritur in infeudat-  
ione rerum olim feudalium.

9. Res minus Ecclesiæ utilis poterit concedi pro seruitio Ecclesiæ utiliori.
10. Reges, Marchiones, Duces, &c. in feudum dare possunt.
11. Marchiones, Valuasores, Capitanei qui ducantur.
12. Diuites Barones in feudum dare possunt.
13. Mulieres diuites & nobiles in feudum dare possunt.
14. Iuuenibus, mulieribus infeudatio prohibita.
15. Emphyteutæ in feudum dare possunt.
16. Vasallus rem subinfeudare potest.
17. Per substitutum quis seruire potest.
18. Inter artifices longa est differentia ingenij & naturæ.
19. Si seruitium consistat in dando, per alium explicari potest: secus si in faciendo.
20. Operæ certæ per alium solui possunt: secus uero incertæ.
21. Vasallo alium infeudare licet, ac per seipsum seruire.
22. 23. Subinfeudatio eadem forma & condicione fieri debet, qua vasallus habet.
24. Vasallo alium infeudanti pretium recipere non licet.
25. Subvasallus offerens seruitium domino, ab eo expelliri non potest.
26. Colla

26. Concessio feudi uasalli uiuentis, à domino pure facta non tenet: secùs si sub conditione.  
 27. Successor personæ Ecclesiasticæ, de concessione à prædecessore facta non tenetur: nisi prædecessori feudum apertum sit.

**P**otest dare feudum omnis homo, qui non prohibetur: unde est quod prohibitorū est hoc edictum, ut illud de procurat. 1  
 vt ff. de procurat. l. Mutus. s. 1. Com-  
 muniter autem consueuerunt dare do-  
 minus Papa, & Imperator, & eis  
 nulla lex prohibet: quia legibus sunt  
 soluti. 2vt ff. de leg. & Senat. l. Prin-  
 ceps. Vnde fiscalia sunt Principis, &  
 Ecclesiastica sunt domini Papæ tan-  
 quam proprium iporum patrimo-  
 nium: & ea ad libitum alienant. C. de  
 quad. præscript. l. Benè à Zenone: &  
 ff. Ne quid in loco publ. fi. l. I. s. hoc in-  
 terdictū. Item dant Patriarchæ, Ar-  
 chiepiscopi, Episcopi, Abbates, & præ-  
3  
 B 2 pos-  
4

positi, si tamē antiquo tempore dare  
præpositorus consuevit. Et isti Prælati  
Ecclesiarum possunt dare res, quæ  
non de nouo Ecclesiæ obuenerūt post  
suam promotionem: cum consensu ta-  
men sui capituli. ext. de reb. Eccles.  
non al. c. ut super ibi nec alijs infeu-  
dauit. ext. de his quæ fiunt à præl. sine  
conf. cap. in c. nouit. & c. quanto. Non  
tamen dabūt infeudum res quæ sunt  
de mensa, hoc est, res quas inuenit in  
possessione libera: licet tempore pro-  
motionis suæ de ijs dubitetur. ut d.c.  
ut super. & in vsib. feud. Episcop. vel  
Abbatem. & c. Item in Rub. Qui feu-  
dum dare possunt, & Rub. de clero-  
5 qui inuestit. facit c. de clero. Item pos-  
sunt dare in feudu illas res feudales,  
quæ suo tempore necessitate recide-  
runt. Et hoc in tribus casibus: scilicet  
cùm morte vasalli reciderent: vel  
aliena-

alienatione illicite facta à vasallo:  
 vel quando feudum alienatum est in  
 eam personam, à qua Ecclesia per se  
 id facile recuperare non potest. Quia  
 his tribus casibus poterit Ecclesia  
 alij concedere dictum feudum anti-  
 quum ad Ecclesiam reuersum. ext. de  
 feud.c. Ex parte tua. Item in quatuor 6  
 casibus cōcedet de nouo: scilicet, quan-  
 do schismatis fuit Episcopo collatum  
 seruitium, tunc schismatis tempestate  
 sedata, poterit modicum terræ in feu-  
 dum concedere. ut extra de donat.c.  
 per tuas. Nam & Papa concedit pri-  
 uilegium ob gratiam præstiti obse-  
 quij.25.q.I.c.vlt.circa finem. Non ta-  
 men quibuscunq; personis dare pos-  
 sunt Prælati feendum. Neq; enim da-  
 būt agnatis.c.de Sacros.Eccles.Auth. 7  
 Quibuscunque. Sed quæro, an prædi-  
 etis casibus quibus licet prælati res 8

olim feudales de nouo infeudare, exigitur cōsensus capituli. Videtur quod non. Nā prædicta decretalis ex parte loquitur prælato: & dicit, si vide- ris expedire concedas, nec facit de consensu capituli mentionem: igitur hoc Episcopo tantum licet. argumen-  
to 24. dist. c. qualis, & ff. de condit. & dem. l. Cūm ita. Circa hoc dicatis: quod cūm talis datio contineat alienatio-  
nem quodammodo: quia transit utile dominium in vasallum sicut in Em-  
phyteutam, vt ff. si ag. veclig. vel Em-  
phyt. pet. quod melius & tutius sit con-  
sensu capituli requiri, ext. de his, quæ  
fi. à. præl. sine conf. cap. c. cum Aposto-  
lica. Non vetamus autem, quod in eo  
casu nisi sine consensu capituli præla-  
tus licet alienare potest: quia & tunc  
eodem iure in feudum concedere po-  
test. vt 12. q. 2. c. terrulas. ubi non nisi  
modio

modicū terræ licet prælato alienare  
 præter capituli volūtatē. Itē si habeat 9  
 possessiones minūs utiles, poterit simi  
 liter infeudare alicui, cuius seruitium  
 Ecclesiæ multū erat utile, sic ut pos-  
 set pro alijs possessiōibus vtiliorib. cō-  
 mutare sine capituli voluntate, ut no-  
 tatur. d.c. ut super. §. fui, ingloſſa, quæ  
 incipit 22. q. 2. c. terrulas. Succedit enī  
 loco rei opera personalis. ff. pro soc. l.  
 Si nō fuerint. §. Ita cō. Itē possūt dare  
 infeudū Reges, Duces, Marchiones: 10  
 & dicitur Marchio à Marchia, quia  
 plurimū est iuxta mare. Itē Comites,  
 & Capitanei: dicti autē sunt Capita-  
 nei, q. de plebe, vel plebis parte bene-  
 ficiū sunt à Rege adepti, vel à Princi-  
 pe sunt inuestiti. Itē Valuasores, qui à  
 Capitaneis antiquius beneficiū sunt  
 adepti. Et Capitanei vocantur etiam  
 Valuasores maiores: Minores autem

*Valuasores Valuafini qui tenent feu-  
dum à Valuasore magno, omnes sic  
denominati sunt, ut legitur in Rubri-  
ca. Qualiter iurare debet vas domino c.*

**12** *qui à Principe. Item, possunt dare feu-  
dum diuites Barones, quorum census  
& opes multum abundant, ut domi-  
nus Philippus, dominus Cyri, domi-  
nus Iohannes, dominus Choroni, &  
dominus Theobaldus de Vesano, &  
dominus Almaricus, dominus Aras,  
& in partibus Italie dominus Ray-  
naldus de Honforte, & Gētilis de Iu-*

**13** *liano & alij complures. Item, possunt  
dare nobiles & diuites mulieres, ut  
domina Chibernadensis, & domina  
Gesariensis, & aliæ consimiles. Nec  
enim subuenit Lex mulieri hoc casu  
nominatim ff. ad Vell. l. Sed si ego in  
fine. Prospiciendum tamen est, ut non  
permittatur alicui non multum diui-  
ti in*

ti in feudum concedere bona sua, quæ  
vnus habet vel plures filios: ne filio-  
rum diminuatur spes, quos ex iustis  
nuptijs procreauit, quam vnusquisq;  
liberorum obsequio parat sibi. argu-  
mento ff. de adopt. Nec ei. §. Viden-  
dum. Quid autem, si nō habeat filios, 14  
sed ipsa iuuenis sit? tunc quia posset  
liberorum procreationi studere, non  
est ei facile permittendum mutare do-  
minium. argu. eodem tit.l. Si pater. §.  
In derogationibus. Item possunt da- 15  
re in feudum Emphyteutæ ratione  
utilis dominij sibi competentis: pos-  
sunt enim dare, dum tamē canon, seu  
pensio domino præstetur. argumento  
C.de fund. pat. l. I. & C.de præd. cu-  
rial. l. ult. Item dabit in feudum va- 16  
fallus rem feudalem. Rubr. de feud.c.  
Imperiale. §. Illud quoq;: dummodo  
tali personæ det, quæ hoc feudum ser-

uire totum possit, eo tenore & forma,  
qua primus seruiebat vasallus, videlicet,  
vt si dans erat miles, & ille, qui  
accipit sit miles, ad hoc vt feudum si-  
militer seruiat domino sicuti prior.  
Rub. Quot testes sunt necess. ad no-  
uam inuest. c. si inter duos. §. Similiter  
**17** nec vasallus. Potest enim quis per ali-  
um seu per substitutum seruire. Rub.  
Si de feudo contentio fit. c. Si quis de-  
cesserit, & de feud. c. Imperialē. §. fir-  
miter ibi domino acceptabilem, &c.  
Et notandum in eo, quod dicit acce-  
ptabilē: Acceptabilis erit, si æquè ido-  
neus sit atq; ipse prior vasallus: si verò  
minius idoneam personam vasallus ad  
seruīdum præstet, illam dominus ac-  
ceptare non tenetur. arg. ff. de con-  
stit. pec. l. Qui autem. §. Sed & si quis.  
ff. de arbit. l. Labeo. §. finali, & l. au-  
rea ad hoc. C. de præpositi agent. in  
reb.

reb. l. penult. lib. xij. ubi licet seruire per substitutum idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam peritiamque rerum habentem, & facit argumentum C. de Episcop. & cler. l. Quisquis, & l. ad similitudinem. Et ext. de cler. ægrot. minist. c. i. per alium quis potest seruire. Sed videtur contrà, quod dominus, qui seruitium certi hominis elegit, non teneatur inuitus alium acceptare: ut Rub. de fratrib. de nouo benef. inuestit. c. Si duo fratres. Quia inter artifices longa est differentia ingenij & naturæ. ff. de solut. l. Inter artifices. Et vnius hominis operæ non possunt esse eadem. ut ff. de condic. In deb. l. Si non sortem. & Liberatus. Super his sic distinguamus: An seruitium tale consistat in dando aliquid puta libram piperis, vel cereæ, vel

18

19

vel par caponum, vel spalam porci, si-  
cuti in Italia à vasallis fieri consue-  
uit. vel est tale seruitium, quod æquè  
benè potest per alium explicari: &  
tunc licet vasallo alium in feudo sub-  
rogare domino: ut dictum est argu-  
mento C.de Cad.toll. §. Ne autem. An  
consistat in faciendo, puta vt consu-  
let domino, vel defendat iura sua, est  
homo sapiens præ cæteris in consue-  
tudinibus huius regni, ut dominus  
Stephanus de Sauueg, vel dominus  
Iacobus Vitalis: vel vt aduocationes  
faciat secundum iura, vt est in Ita-  
lia dominus de Fano, vel dominus  
Odofredus: quibus similes non haben-  
tur: vel quia Prudens est vexillitus,  
scilicet Castellanus, vt dominus Ge-  
rardus de Pinchinin: vel vt sit Mar-  
schallus exercitus, qui est prouidus  
& probus, vt est dominus Iohannes  
de

de Biblio, & tunc tale factum non  
non posset per alium æquè commodè  
explicari, tunc non licebit vasallo  
alijs infundare domino recusante. ar-  
gumento ord. C. de cad. toll. l. 1. §. Re.  
& C. de Procurat. l. vlt. ibi iustiores  
& vehementiores. Alij, vt dominus 20  
Azo. dicunt feudatarium semper im-  
plete posse per alium quod ipse debet.  
Sed videtur contrà ff. de Stat. lib. l.  
Stichum. §. vlt. Sed ibi loquitur in  
operis incertis, eius naturæ vt per  
alium non impleantur. Aliud quidem  
in operis certis. Illæ enim veluti peti  
per alium possunt: ita per alium sol-  
uuntur. vt ff. de oper. libert. l. à duobus  
vbi plenè notatur, in distinctione  
operarum, & vt in d. l. de statu libe-  
ris continetur. Nec obstat, quod dici-  
tur C. de solut. l. Eum à quo. Quia non  
aliud pro alio, sed idem videtur solui.

Vbi

*Vbi verò hoc actum est specialiter, ut  
huiusmodi vasalli prætentur operæ:  
tunc nō poterunt per alium præstari.  
vt ff. de solut. l. Inter artifices & dicta*

**21** *l. C. de cad. toll. §. Ne autem. Sed quid  
si vasallus volens infeudare cùm non  
inueniat æquè idoneum infeudat ta-  
men, & vult ipse seruire domino, per  
se ipsum ac si feudum possederit? Vide  
tur hoc posse facere. arg. ff. de alien.  
vid. mut. caus. facta l. 3. §. fui. Quod in-  
telligetis, quando eadem causam, &  
conditionem seruitij offert, & pro-  
mittit sub certa pœna domino se pa-*

**22** *ratum præstare. In quo cūq; verò casu  
vasallo aliij infeudare licet, scire de-  
betis, quòd eadem conditione & for-  
ma, & pacto, quo habet vel meliori:  
nontamen peiori. vt Rub. de inuestitu-  
ra, de re al. facta. §. Econtrario ibi  
meliorem namq; conditionem, &c.*

*vnde*

vnde non posset alij cōcedere, vt per-  
petuò apud accipientem, & hære-  
des suos consistat: sed ipse in vita sua  
erat solus habiturus. vt Rub. Quot  
testes sunt necess. ad nou. inuest. s.  
Item eadem lege. Rubr. Si de feud.  
cont. sit inter dom. &c.s. Beneficium  
Rubric. de lege Corradi. §. profecto.  
Vel si desperat de prole propter in- 23  
firmitatem, vel frigiditatem perpe-  
tuam, vt quia castratus est, vel spas-  
do, vt generare non possit. Nam præ-  
dictis casibus aut recedit feudum  
in dominum mortuo vasallo, quando  
nouum erat feudum: vel etiam si ve-  
tus, eo sine filijs vel agnatis defun-  
cto, alienatio, seu concessio ad to-  
tum debet reuocari. vt Rub. Qualiter  
olim peter. al. feud.s. Si verò vel to-  
tum: Aut deueniet in agnatos si ex-  
tant, quando feudum erat antiquum,  
quis

quibus iniuris iniuria per alium non  
est facienda cum nihil deliquerint. ff.  
Quod vi aut clam. l. Ne in potestate.  
ff. de reg. Iur. l. Non debet alteri. Nec  
eis iniuris alienat. Rub. de alienatio-

24 ne feudi patet. in Princip. Illud ta-  
men sciendum est: quod cum vasallus  
infeudat alij feudum suum: tunc non  
debet pretium accipere a vasallo se-  
quenti, alias tanquam inuasio est, et  
ad dominum reuertitur tale feudum,  
ut in constitutione Friderici. s. Cal-  
lidis insuper. Hoc tamen casu secun-  
dum quosdam primus vasallus huius-  
modi translationis periculum pote-  
rit euitare, si ante litis ingressum re-  
cuperauerit rem feudalem. ff. de alie-  
nat. iud. mut. causa facta. l. Ex hoc  
edicto. §. Si quis alienauerit. Argu-  
mentum contra. ff. de furt. l. Qui ea  
mente. ff. vi bon. rapt. l. penult. et ar-  
gumen-

gumētum. ff. de procurat. l. i. §. Si rem.  
Item, quid si vasallus cūm in vita sua 25  
erat feudum concessum, alij infeuda-  
uit, & mortuus sit, & dominus repe-  
tat feudum à vasallo suo, ille autem  
restituere non vult, sed offert se pa-  
ratum seruire domino in vita sua?  
Videtur hoc licere vasallo suo. vt Rubri.  
Qualiter olim poter. feud. alien.  
ferè per totum. Sed quæro: an domi- 26  
nus viuente vasallo suo, poterit feu-  
dum eius alij concedere, sine volun-  
tate eiusdem vasalli sui, vt eo primo  
vasallo suo mortuo habeat id suis hæ-  
res? Videtur quòd non. vt in constit.  
Corrad. reg. §. In superiorib. & Rub.  
de feud. c. Imperiale. §. Prætereà in  
fine, & Rub. Quo tempore miles in-  
uest. pet. deb. c. Si quis fecerit, & C.  
de pact. l. vlt. Sed contra. in Rubr. Si  
de feud. content. fuer. inter dom. &

ag. vas.c. Morib. & extr. de concess.  
præb. & er.c.2. & ff. pro Soc.l.3. Sol.  
Purè facta concessio sine voluntate  
vasalli non tenet. ff. de reg. Iur. l. Id  
quod nost. Sed sub conditione valet,  
scilicet, si desierit esse res vasalli, vel  
ut habeat illo tempore, quo nullus  
alius fuerit impeditus. hæc concessio  
effectum habet, siue seruus inuesti-  
tur, siue dominus. inuestitor & hære-  
des inuestitoris tenentur inuestito,  
& hæredi eius veniente tempore vel  
conditione, ut in Rubr. de Inuest. de

27 re.al.facta.toti.lit. Veruntamē si Ec-  
clesiastica persona faciat talē inuesti-  
turam, non alias valebit: nisi sibi con-  
cedenti non etiā successori feudū ape-  
riatur. ut in prædicto.c. Morib. & in  
Rub. Qui feud. dare poss.c. Si vero Ar-  
chiepiscopus. Alij habēt Rub. qui Suc-  
cess. teneantur. c. Si vero Archiepisc.  
Qui-

QVIBVS PERSONIS  
potest dari feudum.

## Titul. IIII.

1. Dominus principalis cuilibet potest dare in feudum sine distinctione.
2. Nihil tam conueniens naturali æquitati, quam uoluntatem domini, rem suam in alium transferri uolentis, ratam haberi.
3. Hæretici & Apostatæ feuda tenere non debent.
4. Iudæis feuda concedere non licet.
5. Excommunicatis feuda denegantur.
6. Vasallus, alium subinfeudans, certis personis dare prohibetur.
7. Fœminæ feudum non datur.
8. Nec Ecclesiæ.
9. Item nec seruo uero.
10. Hæreticis & Iudæis feuda denegantur.
11. Bannito feudum non confertur.
12. Inimico capitali domini Vasallus feudum conferre nequit.
13. Deportato feudum non datur.
14. Vasallus potentiores, quam sit dominus principalis, subinfeudare prohibetur.
15. Item qui sit de alio foro quam dominus.

16. Ciuitati ac castro feudum conceditur.
17. Filio familias recte feudum conceditur.
18. Militi feudum commodissime datur.

I



*V*duiſtis quæ personæ poſſunt dare in feudum : nunc audiatis , quibus personis dari potest. Et ſuper hoc diſtingua- tis: An dominus principalis velit da- re in feudum , an aliis: & ſi quidem dominus , tunc dabit cui libet personæ cui volet , ſiue libero , ſiue feruo , ſiue clerico , ſiue laico , ſiue Ecclesiæ , ſiue Prælato , ſiue ciuitati , ſiue caſtro , ſi- ue diuiti , ſiue pauperi , masculo vel fæminæ: nō eſt domini faciēda diſtin- ctio in personis recipiendis. ut in lib. feud. Rubr. Per quos fiat inuestitura. & personam. & arg. C.de l. Sacrilegij, & argumentum C. de precib. imper. 2 offer. l. vniuersis. Nihil enim eſt tam conueniens naturali æquitati , quam

voluntatem domini rem suam in ali-  
 um transferre volentis, ratam habe-  
 ri. Instit. de rer. diuis. §. Per traditio-  
 nem: unde multi prælati, & plures  
 Ecclesiæ, & ciuitates, & castra possi-  
 dent hodie res in feudum. ut in Rub.  
 de capitulis Corradi. §. Item si cleri-  
 cus. Sed an domini possint dare feu-  
 dum hæreticis vel apostaticis, vel Iu-  
 dæis maximè feuda, ubi sunt man-  
 cipa Christiana, seu homines & an-  
 cillæ? Videtur quod non. Nam hære-  
 tici & Apostatæ, & Iudæi ex legi-  
 bus ac morib. nihil commune habere  
 debent cum cæteris Christianis: imò  
 sunt à conuersatione hominum expel-  
 lendi. C. de hæret. & Manichæis. l. Ma-  
 nichæos, & C. de Apost. l. ult. Item Iu-  
 dæi nō possunt possidere etiam man-  
 cipa Christiana, nedum alios homi-  
 nes, vel fæminas Christianas. C. de

- Episc. & cler.l. ult. §. fin. & extr. de  
Iudeis c. Multorum, & c. videri, &  
c. cùm sit nimis. Imò si haberent, præ-  
cipiendum est eis, quòd eos dimitte-  
rent omni appellatione remota. ext.  
de appellat. c. consuluit nos ij, & fa-  
cit c. Mancipia, distin. 54. Item quæ-  
ritur, an dabit excommunicatis? Vi-  
detur quòd non: quia excommunica-  
tio non potest esse sine peccato, sic vt  
participet criminoso siue crimini. ex-  
tr. de sentent. excommunic. c. Nuper.  
6 Si autem alius det in feudum quàm  
dominus, putà vasallus qui potest ali-  
um infeudare, vt Rubr. de feud. c. Im-  
perialem. §. Illud quoq;, & dixi suprà  
Rub. qui possunt dare in feudum: Da-  
bit itaq; in feudum vasallus, & tunc  
non poterit sic largiter omnibus il-  
lud dare. Prohibetur enim dare illi  
qui non est potens ad seruitium fa-  
cien.

ciendum ut ipse vasallus. Rubr. Quot  
testes sunt necessarij ad nou.inuest. §.  
Item eadem lege, Rub.de lege Corra-  
di. §. profecto. Item nō dabit fæminæ,  
quæ ad feudum ratione sexus non as-  
pirat. Rub.de successione feud. §. filia  
verò, &c. Quòd autem diximus su-  
prà, quòd sit potēs ut ipse vasallus, in-  
telligimus quo ad seruitium debitum  
faciendū, ut possit illud per æquè face-  
re ut vasallus. Item non dabit Eccle-  
siæ. Rubr. de alienat. feudi. Similiter  
nec clericō, vel cōuersō, vel monacho:  
sunt enim nihabiles ad pugnandum.  
extra de vot. & voti redempt. c.ex  
multa. §. fin. quorū arma sunt lachry-  
mæ, non tela. 33. q. 8. c. clericī. Quia eti-  
amsi haberent feudum, perderent il-  
lud multò fortius non debet eisdem  
aliquid nouum dari. Rub. Si de feud.  
def. content. sit, &c. §. Qui clericus ef-

7

8

- ficitur, & Rubr. An mutus, vel alias  
9 imperf. circa finē. Item nō dabit vero  
seruo alieno : quia eius nō est liberum  
arbitrium seruendi. arg. ff. de reg. Iur.  
l. Velle non creditur . quod intelligi  
potest, quando ipsum ad seruendum  
vellet substituere ipse vasallus domi-  
no loco sui: quia sic non est par eidem  
10 in seruitio faciendo . Item non dabit  
hæreticis, Iudæis, vel excommunicata-  
tis eadem ratiōe , qua diximus suprà  
ipsum dominum principalem cōcede-  
re non valere. §. Sed an domini. Item,  
11 non dabitur ei, qui est in banno domi-  
ni sui, vel regis, vel Imperatoris, cui  
subest dominus principalis. Est enim  
ei ciuitas interdicta: & ideo loco de-  
portati habetur. ff. de bonis libert. l.  
Qui cum maior . §. Is dominum: & ita  
non est habilis ad seruitium exhiben-  
12 dum. Item non dabit inimico capitali  
domi-

domini sui. Si ei prohibetur copulare amicitiam cum inimico domini, argumento. ff. de off. præfeti. vrb. l. i. s. Cùm patronus : multò magis videtur prohibitum bona domini ei dari, argumento. ff. de ser. export. l. Cuius.

Item non dabit deportato : Nec enim hæres institui potest. C. de hæred. in-

stit. l. i. Item prohibetur dare Comiti, 13

Marchioni, vel Baroni tali, qui sit po-

tentior domino principalis: qui non sit

habilis ex facilitate conueniendi, & coercendi ad seruitia facienda. arg. ff.

qui satisd. cog. l. 2. Item non dabit illi, 15

qui prorsus est de alio foro, siue Iu-

risdictione, quam dominus principa-

lis. argumento. ff. de al. iud. mut. causa facta. l. i. aut alicui, qui sit propter ta-

lem concessionem dominum vexatus.

rus. Quid enim, si erat castrum, vel alia munitio in feudo, quam si habe-

ret alius ex ea esset dominum vexaturus? & ideo non licebit. argumentum. ff. eod. tit. l. Aut alium. Ratio est in prædictis alijs casibus duobus, scilicet, quod oporteret dominum experi-  
ri cum tali vasallo alterius prouinciae  
in prouincia illius, quando seruitum  
non præstaret, quod domino graue es-  
set, ut in prædicto c. licet: & potentia-  
ori dominus non posset esse par: & sic  
dura & difficilis domino concessio ta-  
lis esset, eod. tit. l. 3. & fieret contrafa-  
cramentum quod præstat vasallus, sci-  
**16** licet, facile possibileq;. Quid autem si  
cocedat ciuitati, vel castro, vel alicui  
vniversitati? Videtur posse cocedere:  
quia & vsusfructus eis potest consti-  
tui ff. Quib. mod. vsusf. amit. l. Si vsus-  
fructus ciuitati, & durabit ei, scilicet  
ad c. annos, quib. finitis ad dominum re-  
uertetur. ff. de vsuf. l. An vsusfructus,

G.

¶c. Item an filiofamilias concedet? 17

Et videtur quod sic. argumentum in Rubr. de nat. successionis feudi in princip. Nam ex omnibus contractibus filiusfamilias obligatur, præterquam ex mutuo & voto ff. de Iudic.l. Tam ex contractibus, & ff. de act. & obligat. l. filiusfamilias. Non enim hoc casu cuius filiatio impedit causam feudi, dummodo sit alias habilis ad seruiendum.argumentū ff.

ad Trebell.l. Quo ad ius publicū. Sed 18

nunquid Curiali cōcedere potest? Videlur quod nō.argumentū C. Locati, l.Curialis. Idem videtur de militibus. l.Milites eodem tit. Sed hoc verū puto, si erant milites tales, qui numeris & signis deberent iugiter inhærere, & rem publicā à qua alūtur, ab omnibellorum necessitate defendere. Nam propter huius feudi concessionē usus

armo-

armorum omittetur & non armis,  
sed priuatis negotijs, vt prædicta.l.  
Milites continet. Alias autem si va-  
sallus feudum seruiret secundum con-  
suetudinem feudi potius dabit militi,  
quam priuato seu pagano. vt Rub. Si  
de feud. cont. sit inter dom. & vasallus.  
Nam habiliores sunt milites ad ser-  
uiendum de feudo, quam alij homines:  
& ideo est eis facilius & congruen-  
tius concedendum. Quid, si fieret con-  
cessio personis prohibitis sine domini  
voluntate? Concessio siue datio nulla  
erit. & sicut quando Emphyteuta in  
personas prohibitas alienat, cadit à  
iure Emphyteutico: sic dici poterit  
in hoc casu vt à iure feudi cadat va-  
sallus: & dominus poterit vindica-  
re.argumentum. C. de iure Emphyt.  
l.vlt.

Quæ

QVAE RES POSSVNT  
DARI IN FEVDVM?

## Titulus V.

1. Res immobiles, & quæ inter immobilia computantur, propriæ in feudum dantur.
2. Feudum Cameræ uel caneuæ non debetur, nisi sit unde solui possit.
3. Res, quarum alienatio prohibita est à lege, in feudum dari non possunt.
4. Decimæ ad tempus, non in perpetuum dantur in feudum.
5. Res mobiles, rebus immobiliis accedentes, in feudo consistere possunt.
6. Res sacræ in feudum dari uetantur.
7. Res sacræ laicis in feudum non conceduntur: secùs Ecclesiasticis.
8. Laicus cum uniuersitate Ecclesiam in feudum concedere potest.
9. Publica res in feudum non datur.
10. Res quæ in patrimonio nostro futuræ sperantur, recte in feudum dantur.
11. Res mobilis nec in feudum, nec Emphyteu-  
sim datur, licet in ea Vsusfructus recte consti-  
tuatur.

Videlicet

¶



*Idimus autē quibus personis  
datur: sequitur videre, quæ  
res possunt dari in feudum.*

*Possunt dari propriè res immobiles,  
quæ in patrimonio nostro cōsistūt. Itē  
res quæ inter immobilia computan-  
tur, vt decimæ, primitiæ, vel certi  
annui redditus debendi de camera, vel  
cauena domini, vel vectigal. utputa  
de cauena, vel fundo, siue sint redditus  
in pecunia, vel frumento, vel oleo, siue  
vino, vel alio quo quis fructu: quia hu-  
iusmodi res possūt dari in feudum: si-  
cuti dicitur & notatur in lib. feud.  
Rub. de feudi cognit.c. Hubertus de  
Horto. Sed notādum est in feudo Ca-*

2

*meræ, vel Caneuæ, non debere id dari  
nisi sit in Camera, vel Caneua unde  
solui possit, alias si ista sit vacua, sine  
culpa domini non debetur. Sed expe-  
ctādum est donec aliquid sit ibi, quod  
dare.*

dare posset dominus. Nec dominum dare posse intelligitur, nisi ære alieno diducto, in Rub. de notis feud. in prin. Et facit ad hoc de dote præl. l. 2. §. Sed & si dotem, Ibi namq; & si quis ita legauerit. Sed contrà C. de falsa causa ad. l. sine. Sol. Distinguitur an quantitas exprimatur ut corpus ut prædi-  
cta Rub. de notis feud. & precium. §.  
Sed & si dotem, & ff. de legat. 1. l.  
plane. §. sed hoc ita, & tunc non debe-  
tur quantitas nec corpus ignotum, ut  
ff. de legat. 2. l. Lucius. §. Quisquis  
seruum, Aut quantitas in genere cer-  
ta: & tunc falsa demonstratio non  
nocet, sicut nec nocet in. §. Quicunq;  
Item ad id quod dicitur, expectan-  
dum donec sit quod ibi dari posset, fa-  
cit ff. de cōtrah. emp. l. si debitor. §. fin.  
ff. de verb. oblig. l. Inter Stipulantē. §.  
Sacra. & ff. quādo dies leg. ced. l. fune  
ris.

ris. Et quia taxationis uices obtinet  
hæc verba, Quæmibi caneualia erūt,  
3 vnde quādo totū est, totū debetur, &  
quādo minus, minus debetur. ff. de vi-  
no, oleo & tritico leg. l Cùm certus nu-  
merus. Item ad id quòd teneatur do-  
minus præstare omni ære alieno de-  
ducto facit. ff. de re iud. l Cum ex cau-  
sa donationis. Veruntamen res illici-  
tæ dari non possunt, quarum prohibi-  
4 ta est alienatio à lege, vt fundi dota-  
lis. vt ff. de fundo dot. tot. tit. sed & tres,  
quæ subiacent restitutiōni. C. Com-  
munia de legat. Auth. Res quæ. Item  
quòd diximus decimas dari, verum  
est ad tempus, non tamen in perpetuū  
concedentur: probatur hoc per multa  
iura in decret. 10. q. I. c. vlt. & extr. de  
bis quæ fiunt à Præl. sine cōsens. cap.  
c. cum in Apostolica. & ext. de deci-  
mis. c. prohibemus, & c. ad hoc. 10. q. I.  
c. I. ad

c. i. ad tempus tamen non vt titulus,  
 sed vt dispendium decimæ perceptum  
 laico posset concedi.argumentum.22.  
 dist.c.Si quis:Iure tamen dominij, &  
 possessionis penes Ecclesiā remanen-  
 te,quia laici nō possunt decimas possi-  
 dere.ext.de præscrip.c. causam. Ideo  
 diximus non posse concedi in perpe-  
 tuum,quia perpetuus feudatarius ha-  
 beret utile dominiū,sicut Emphyteu-  
 ta & superficiarius.ff.si ager vectig.  
 l.2.¶.fi.ff. de superf. l.1.¶.quot quot.ff.  
 de rei vind.l. Idē superficiarius, &.l.  
 præter,& sic etiam dominio priuare-  
 tur,si perpetuò concederentur , quod  
 esse non potest.fiet igitur de decimis  
 ad tempus concessio,vt dictum est:  
 Item possunt res mobiles consistere  
 in feudo,non tamen principaliter per  
 se,sed cum accedunt rebus immobili-  
 bus,vt serui & ancillæ, & ascripti

D glebae

glebæ fundi feudalis , quæ sunt pars  
fundi. ff. de diuers. & temp. præsc. l. 3.  
qui sine solo non possent alienari. C. de

6 agricol. & cens. l. Quemadmodum. Itē  
non possunt dari in feudum res sacræ  
ut Ecclesiæ: quia earum prohibita est  
alienatio. ut C. de sacros. Eccles. Auth.

7 Multò magis . Quòd autē dicitur res  
sacras non posse in feudum dari, verū  
est à laico laicis : quia nullū est earum  
rerum commerciū. l. de contrah. emp.  
l. Et liberi. Neq; legare possunt. ff. de  
legat. i. l. Cætera . Sed ab Episcopo  
potest concedi Ecclesiæ cum suis bo-  
nis & clericis. Quia ea donare licet  
personis Ecclesiasticis, nō secularib.  
ext. de donat. c. consultationib. Sed

8 an'ne aliquocasu Laicus Ecclesiam  
concedere potest in feudum? Respon.  
potest cum vniuersitate, puta si domi-  
nus habet villam vel castrum, in qua  
erat

erat Ecclesia, in qua habebat dominus eius ius patronatus, quod ei in Ecclesia competebat. ext. de iure pat. c. ex literis. Et sic cum uniuersitate transit Ecclesia, quae per se solam non posset. argumentum eod. tit. c. cum serui, ext. de re iud. c. cum Bertholdus argumentum ff. de acquir. rer. dom. l. Quædam et ff. de cōtrah. empt. l. In modicis. Sic erit in Syndico, qui cum uniuersitate aliarum rerum transit. argumentū. ff. de fund. dotal. l. i. Item nō potest dari in feudum res publica, 9 quae in publico usu habetur, ut est campus Martius vel forum, vel theatrum, vel basilica. Nam eorum non est commerciū. ff. de cōtrah. empt. l. Sed Celsus. Item licet dictum sit suprà. Res quae in patrimonio nostro consistunt dari posse in feudum, tamen possunt dari etiam quae ad præsens non consistunt,

Sperantur tamen debere consistere, ut  
est fundus vel casale, quod est modò  
in hostium potestate. Vnde dominus  
quondam illius casalis vel fundi re-  
tinet illud tibi cōcedet in feudum. Quæ  
concessio habebit effectum, quando  
fundus iure postliminij in potestatem  
domini reuertetur, habebit talis fun-  
dum. ff. de aēt. empt. l. vlt. & tenetur  
dominus econtra, si ea tamen in suam  
peruenerit potestatem, sicut & quan-  
do concederet in feudum rem alienā.  
Nam si postea efficiatur domini, te-  
netur illā rem ratam habere. ff. de rei  
vē. l. Si à Titio. ff. de exce. rei iu. l. pen.  
ff. de dol. exce. l. apud Cels. §. si à Titio:

II Sed nunquid res mobilis, puta equus  
vel scyphus auri vel argenti, vel vesti-  
menta serica, vel aliæ res mobiles po-  
terunt per se in feudum concedi? Vide  
tur quod sic, quia ususfructus quodā  
modo

modo in eis potest constitui. ff. de vſuf.  
earum rer. quæ vſu cons.l. I. & 2. præ-  
ſita cautione, quod finito feudo red-  
datur aestimatio dictæ rei. argumentū  
eod. tit. l. Si vini, & l. Quoniam pecu-  
niæ. Sed quamuis de rigore iuris Ciui-  
lis hoc posset fieri: tamen in vſu non  
habetur, ut constituatur in reb. huius-  
modi mobilib. feudum. Nam nec Em-  
phyteusis in reb. mobilib. esse potest.  
C. de sacros. Eccles.l. Iubemus. §. vlt.  
& Auth. Si quas ruinas, & Auth. per-  
petuam de iure Emphyteut. l. 1. & 2.

## QVIBVS MODIS CONSTI- TVATVR FEVDVM.

### Titulus VI.

1. Feudum inter uiuos pactis & stipulationib.  
in ultima uoluntate testamento uel codicillis con-  
ſtituitur.
2. Quomodo feudum pacto constituatur?
3. Stipulatione quomodo feudum constituatur?

4. Feudum qua ratione ultima uoluntate constituantur?

Successione quomodo feudum ad quem pertinere dicatur, ibidem.

5. Dominus ad tradendum feudum modò pacto promissum, compelli potest.

6. Feudum datur amore & gratia.

7. Feudum stipulatione promissum certi conditione petitur.

8. Feudo generaliter promisso, status & qualitas accipientis consideranda, si feuda determinata ibi erant.

9. Feudo generaliter promisso, si illic feuda determinata non erant, promissio non ualeat.

10. Feudum etiam sententia constituitur.

11. Seruitus per sententiam non debet constitui, sed quæ est, declarari.

12. Feudum nō sub prætextu pecuniae, sed amore & honore domini querendum est.

13. De suo non alieno iure quis tueri se debet.

**S**equitur videre quibus modis constituantur feudū, & certè constituitur inter viuos pactionibus & stipulationib. & in ultima voluntate, scilicet vel testamēto vel Codicillo, vel donatione

tione causa mortis, vel alia qualibet  
volūtate. Sic cōstituitur vſusfructus  
ff.de vſuf.l.3.in princip. Pacto consti- 2  
tuitur, quādo dominus pacto promit-  
tit, se daturum feudum alicui vasallo  
sine aliqua ſolennitate verborum, gra-  
tis & amore præcipuo pacificēdo, Sic  
eft pactū. ff. de pacto.l.1. Sic feudum  
amore quærendum eſt, non precio con-  
ſtituto in lib. feud. Rub. de feud. dato  
iure legis commiss.c. Quidam obliga- 3  
uerat. Stipulatione cōſtituitur, quā-  
do vasallo interrogante dominum an  
promittat ſibi dare tales poſſeſſiones  
ſeu fundos in feudum, dominus inter-  
rogatus statim reſpondet, promitto.  
Sic concipitur stipulatio per interro-  
gationem præcedentē & reſpoſionem  
ſubſequentē. ff. de verb. oblig. l.1. 4. Sti-  
pulatio.l. Cōtinuus & C. de vſufructu  
l.1. In ultima voluntate conſtituetur 4

quando legatur à domino res in feu-  
dum. Item quando quis instituitur hæ  
res in bonis suis, vt ea teneat iure feu-  
di vel à rege, vel à comite, vel à domi-  
no, vel vt à cohærede teneat iure feu-  
di, si domin⁹ fecit plures hæredes. Po-  
test enim vnum grauare, vt partē hæ-  
reditatis teneat in feudum à cohære-  
de: & sic dicetur feudum ad nos per  
successionem pertinere. Rub. de feudi  
cognitione. §. Sciendum. Et est de gra-  
5 dib. success. in feudo. c. I. in princip. Itē  
quæritur cùm nudo pacto cōstitutum  
est feudum, seu promissum: an poterit  
vassallus agere contra dominum, vt  
tradat ipsum sibi? Videtur quòd non,  
quia secundum leges ex nudo pacto  
non oritur actio. ff. de pact. l. Iurisgē  
tium. §. Sed cùm nulla, cum similibus.  
Sed de iure Canonico benè agitur ex  
nudo pacto: quia quātum ad dominū,

non

non interest inter simplex votum &  
solegne, seu Iuramentum. 22. q. i. c. præ-  
dicandum. & XII q. i. c. quicūq; suf-  
fragio & 12. q. 5. c. Quia Iohannes. Et  
est ratio Canonum: Quia dum venit  
quis cōtra simplex verbum, mortali-  
ter peccat. vt. 22. q. i. c. prædicandum:  
vnde dicit decretalis, quod procedit  
de ore meo nō faciā irritum. Cor enim  
loquentis debet ori conuenire. 13. dist.  
c. psalmista. Vnde probabiliter dici  
posset, quod sicuti donator ex nudo  
pacto compellitur perficere donationem,  
similiter compellatur dominus  
perficere infeudationem: licet conue-  
nerit dare nudo pacto. C. de donat. l.  
Si quis argentum: & sicuti datur ibi  
condictio ex l. sic & detur condictio  
ex moribus: quia eadem est causa mu-  
nificentiae & gratiae utriusq;. Sicuti  
enim donatio fit amore, vel gratia,

D 5 nullo

nullo iure cogente. ff. de donat. l. dona-  
ri. Sic feudum datur amore & gratia.  
vt Rub. de feudo, dato iure. l. commiss.  
c. Quidam obligauerat. Et licet domi-  
nus det feudum vt seruitium sibi fiat,  
no obstat: Quia & donatio fit ob cau-  
sam vt seruitium vel aliquid donatio-  
ni congruum præstetur, & tamen ni-  
bilominus donatio appellatur. C. de do-  
nat. quæ sub mod. l. i. & per totum, &  
C. de præscript. verb. l. Ea lege: Vnde

- 6 cùm eadem ratio sit in utroq; nisi idē  
est existimādum, C. ad l. falcid. l. vlt.  
& ff. ad l. Aquil. l. Illud. Et quia mori-  
bus nouis & consuetudine inductum  
est feudum, condicione ex moribus  
poterit agi cōtra dominum, qui nudo  
paclō conuenit se feudum daturum.
- 7 argumento. ff. de cōdict. ex L. i. Cūm  
autem stipulatione feudum promissū  
est certum, tunc certi condicione ex  
stipu-

stipulatu aget vasallus contra domi-  
 num promittentem. ff. si cert. petatur  
 l. Si quis certū. Quid si dominus pro- 8  
 misit se daturum vasallo vnum feu-  
 dum , nec monstrauit seu expressit  
 quale feudum , scilicet magnum, vel  
 paruum? Videtur non valere fundo in-  
 certo donato. ff. de iure dotium. l. Cūm  
 post. §. Gener. Ecōtra videtur valere.  
 l. Si domus in princip. ff. de legat. inf.  
 Super hoc destingue. Aut domin⁹, pu-  
 ta rex vel comes habebat feuda cer-  
 ta, & determinata in regno vel ter-  
 ra sua, aut non, primo casu valet pro-  
 missio . Sed ad quod feudū tenebitur,  
 magnum vel paruum? Videtur quod  
 ad minimum seu exiguum teneatur.  
 ff. de legat. 3. l. Minus. Vel ad medio-  
 cre feudum obligatur. argumento. ff.  
 de aut. & arg. leg. l. Qui lancem. Vel  
 ad maius feudum, vt cōtra dominum  
 fiat

fiat interpretatio, qui potuit apertius  
exprimere quod promisit, argumēto.  
ff.de pact.l. veteribus, & ff.de con-  
trah.empt. & vēd.l. In lege, & l.La-  
beo. Posset dici, considerandam qua-  
litatem, & statum accipientis, ut si  
alicui viro clarissimo, vel militi stren-  
nuo feudum promisi, non est verissimi  
le dominum, qui honorē habitum vo-  
luit ei, cui feudum promisit, modicum  
feudum præstare voluisse, argumen-  
to ff.de Iudic.l. Sed & si suscepereit. §.  
Sed si proponas. Dignitas enim vasal-  
li facit ad augendum feudum. arg.ff.  
de legat.inf.i.l. Si seruus plurium. s.f.  
Si verò vasallus erat mediocris sta-  
9 tus, feudum sibi mediocre detur. Vbi  
verò determinata feuda non erant,  
& dominus dixit se unum feudum da-  
turū non valet: quia mininum feudū  
dando se liberare posset, ut in eo etiā  
nec

nec palmā, vel etiā digitū propter breuitatē ipsius extendere posset, & sic derisorū esset feudū. Quia feudū, sicut fundus, arbitrio patris familias cōstituitur. ff. de legat. inf. l. Quod virorū. §. Si quis post. & ff. de verb. sig. l. Recte in fin. & l. Locus. Vel possumus dicere, ut inspiciatur quale sit seruitū, quod dominus expressit sibi præstari tēpore promissionis: ut cōsiderato seruitio, puta vnius militis vel duo rū, vel pluriū expressorum in commoratione de feudis, feudum conueniens detur inspecta consuetudine patris, seu domini regionis. arg. ff. de legat. inf. l. Si seruus plurium. §. Numerus. Ibi deinde regionis, & argumentum. ff. de regul. Iur. l. Semper. Considerabitur etiam facultas bonorum domini & charitas & necessitudo in eum, cui promissum est feudum. arg. eius-

eiusdem. §. & ff. de alimentis legat.

- IO l. Cùm alimenta. Sed quæritur, an sen-  
tentia constituatur feudum. Veluti cū  
esset quæstio inter vasallū prætendē-  
tem se habere rem in feudum, & do-  
minum negantem esse feudum, Iudex  
iudicauit feudū fore. Resp. Benè con-  
stituitur feudum per sententiam quo  
ad partes litigantes: Quia rebus iudi-  
catis est standum. C. de re iud. l. I. Et  
res indicata quantum ad partes pro  
veritate accipitur: etiam si contra ius  
litigatoris sit lata. ff. quæ sent. sine ap-  
pel. rescind. l. I. §. I. & ext. de re iud. c.  
cùm inter vas. Nam cùm possit con-  
stitui feudum vltima voluntate seu te-  
stamēto ergo & authoritate præatoria  
constituetur. ff. depig. act. l. Non est  
mirum. Nec obstat. ff. si ser. vind. l. Si-  
cuti. §. distat. ibi per sententiam non  
debet seruitus constitui, sed quæ est de  
clarari

clarari. Quia verum est quod sententia non dicitur constituere, cum ille qui prætendebat ius seruitutis allegaret alias sibi debitum, & ideo sententia non dicitur constitueri, sed constitutā esse declarat, & ita declaratio facit ius competere victori in seruitute, ut ex sententia se defendat: quanvis non appareat alias sibi debitā seruitutē. Et sic in feudo idem probabiliter dici potest. Nam & usus fructus tutio- ne prætoris dicitur constitutus. ff. Quib. mod. ususf. amitt. l. I. Sed quæri- tur, an poterit sic constitui: puta obligo tibi rem pro c. & si nō soluero tibi ad terminum, habeas rem in feudū. Ru- de feudo dato in vicem legis commiss. dicitur quod debitor quando cunq; pecuniam soluendo, pacto non obstan te, pignus recuperare possit. Et ratio est: quia feudum non sub prætextu pe- cuniae,

cuniae, sed amore & honore domini  
13 acquirendum est. Item queritur. Pone  
ita ut dictum est, esse constitutum feu-  
dum, vasallus vendicat a tertio, ille  
tertius possessor excipit non valere  
constitutionem talis feudi, utpote in  
fraudem legis commissariæ celebratā,  
an propter hoc excludet ipsum a ven-  
dicatione feudi, cum principalis do-  
minus de talibus opposuerit vasallo.  
R. non obiecet hic possessor ut in Lom-  
bardica de pignore. l. Si quis fideius-  
sor. De suo enim iure, non de alieno  
quilibet se tueri debet: & hoc est quod  
notatur in simili casu. ff. si ager vecti-  
gal. l. 3. in glossa. Idem & si non sol-  
uant quo ad extraneos. Nemo enim  
potest ius extranei allegare. ff. si usus  
fructus petatur. l. uti frui. ff. si ser. vin.  
l. Loci. Idem iuris, si vendidero tibi do-  
num pro centum data certa parte  
precij

*precij non soluti, vt eod. c. recitatur.  
vt eadē sit ratio de parte, quo ad par-  
tem, quæ est de toto, quo ad totum. ff.  
de rei vind. L. Quæ de tota.*

## QVALITER ACQVI-

RATVR FEVDVM.

### Titul. VII.

1. Feudum in ultima uoluntate constitutum acquiritur aditahæreditate.
2. Feudum constitutum contractu inter uiuos habito, acquiritur inuestitura, uel eo quod inuestiture loco sit.
3. Possessionis traditio corporalis facienda.
4. Inuestitura quomodo fiat?
5. Inuestitiram quis facere possit?
6. Qualiter fiat inuestitura remissione?
7. Patientia transfertur possessio.
8. Dominus per se ipsum inuestitaram facere debet.
9. Inuestitura possessio transfertur, si feudum sit in conspectu: uel similis actus fiat.
10. Præscriptione 30. annorum feudum acquiritur.
11. Posidens longo tempore ut feudum, se contra dominum tueri potest.

12. Sacramento possessoris quando stetur remissio.

13. Novo possessori feudi iuramentum non defertur.

**S**equitur videre qualiter acquiratur feudum. Ad hæc sciendum quod acquiritur, si in testamēto, seu in ultima voluntate sit constitutum, ad ita hæreditate. ff. de legat. inf. l. Si tibi homo. §. Cūm seruus. & ff. de furt. l. à Titio. Et sic successione acquiri dicitur, scilicet post aditam hæreditatem defuncti legatis, & iure hæreditario relinquenter. Sic intelligitur in lib. feud. de feudi cognitione. §. Sciendū, in fine. & de gradib. successionum in feudo. c. l. in princip. Et hoc, si ille cui relictum est feudū voluerit ad se pertinere: alias sibi non acquiritur ut eodem. §. & ff. si cert. petat. l. proinde, & ff. de lega. inf. l. Legatarius: Si atem feudum constitutum est in conn  
tractu

tractu habito inter viuos, ad hoc ut perfectè acquiratur, oportet quòd inuestitura fiat de feudo: aliàs non acquiritur sine inuestitura, vel alio quod sit loco inuestituræ: ut in libro feud.

Quot testes sunt necessarij ad nouam inuestituram. aliàs de consuetudine recti feudi in princip. Item quòd fiat possessionis traditio corporalis, & tunc verè dominium saltem utile competit. ut C. de paët.l. Traditionibus.

Inuestitura autem fit, cùm dominus qui feudum concedit tenens aliquid in manu, puta baculum, annulum, vel biretū, tradit illud in manu vasalli, dicens: Inuestio te de re tali seu tali.

Quam inuestituram potest facere, qui habet administrationem suorum bonorum, quando est nouum feudum: si autem est vetus, poterit facere etiam pupillus. Rub. Quid sit inuestitura. §.

- 6 Inuestitum. Qualiter autem fiat Inuestitura videbitis in Rubrica de Inuestitura, & de hoc habetur extra de his, quae fiunt a prælato sine consens. cap.c.ex eorum.extra de re iud.c.cum  
 7 olim. Item sufficit quod Inuestitura sit, puta si paciente domino vasallus possessionem feudi accepit: Nam patientia transfertur possessio. ff.de donat.l.Qui saxum. Rub.de feudi cog.c.  
 8 vlt. Item scire debetis, quod alius potest de feudo per vasallū a domino inuestiri.extra de præb.c.accedēs. Sed, an dominus per procuratorem eius poterit inuestire? Videtur quod non, sed per se ipsum facere debet, arg.C.de iure Emphyteut.l.vlt. Itē videtur quod Inuestitura possessio trāsfertur, si cōcessum feudum est in conspectu, & demonstratur vasallo, ut eam de cætro sibi habeat. ff.de acquir. possēs. l.  
 9 Quod

Quod in eo. §. Si venditorem. Vel si dominus se pro vasallo cōstitueret posse. ff. eo. tit. l. Quod in eo. Vel si claves castri vel villæ, vel domus concessæ in feudum tradit dominus. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. Clavisbus: vel si dominus instrumenta, seu chartas prædiorum tradidit. ut C. quæ res p̄ig. oblig. poss. l. 2. & C. de donat. l. Si quis argentum. §. sin autem, vel si dominus conducat certa pensio. ne rem feudalem à vasallo. ff. de rei vend. l. Cùm quidā, vel si vasallus te. nebat rem feudalem, & dominus post concessionem feudi patiatur ipsum vasallum rem tenere: ut ff. de acqui. rer. dom. l. Qua ratione. §. Interdum. Instit. de rer. diuis. §. Interdum. Item 10 acquiritur feudum præscriptione 30. annorum, si vasallus ipsum ut feudum possedit, licet non fuerit de ipso à do-

mino inuestitus. Rub. Si de feud. def. content. sit inter dom. & ag. s. Si quis per 30. annos, & Rub. de feud. c. Imperiale. s. Si quis per 30. annos. Sed

**II** an longo tempore possidens ut feudū, possit se contra dominum tueri? Videtur quod cum probet se tanto tempore possidere domino sciente, & se seruuisse domino, & ut vasallum se a domino receptū, quod detur ei defensio, ut iurando domino se vasallum esse, & feudo a domino inuestitum, stetur eius assertioni, praestito taliter sacramento. Rub. de consue. recti feudi,

**12** in princip. Quando autem stetur sacra mēto possessoris vel non, dicemus inf.

**13** de inuestitura. Vnum tamē sciendum est, quod quando est noua possessio vasalli, non dabitur ei sacramentum: licet velit iurare se habere infeudum, & a domino inuestitum. Rub. de consuet.

suet. recti feudi. s. Item si inter domi-  
num: sed petenti & iurati domino, se  
non dedisse in feudum, possessio resti-  
tuetur. eodem. s. in fine. Secus autem  
dicendo quod possidet se habere in feu-  
dum. arg. ff. de Iuri eiur. l. Si duo patro-  
ni. s. Si quis iurauerit. & s. Marcellus  
etia. & C. de pig. act. l. Nec creditores.

## QUALITER RETINEATVR

FEVDVM, ET ALIENETVR.

## Titulus VIII.

1. Multi casus iugiter incident, per quos homi-  
nes sua retinere non possunt.
2. Vasallus tantum alienare potest, quantum  
dominus ei concessit.
3. Feudo concessio uasallo & suis hæredib. licita  
est alienatio.
4. Venditione uasallo concessa, prius domino  
denunciatio facienda.
5. Venditio feudi pro parvo debito de facili  
non est permittenda.
6. Venditio feudi debet fieri agnatis.
7. Item æquali uenditio fieri debet.

## 72 TRACTATUS DE

8. Pars feudi licet alienari potest.
9. Libellarius contractus quid sit?
10. Libellarius contractus ualeat, si sine fraude fiat.
11. Libellario mortuo sine herede, ad dominum feudum reuertitur.
12. Libellario, si domino seruire uelit, feudum auferri nequit.
13. Feudum in dotem dari potest sauore matricmonij.
14. Emphyteuta in emphyteusim dare potest eodem iure, quo et feudum dari potest.
15. Vasallus sine domini uoluntate donare potest.
16. 17. Eleemosyna de feudo constitui non potest, sed de redditibus donec durauerit feudum.
18. Ecclesia deterioris conditionis est, quam aliares.
19. Vasallus Ecclesiae in feudum dare potest domini uoluntate accidente.
20. Templarijs in feudum concedi potest.
21. Ecclesiae feudum concedi non est nouum, nec que insolitum.
22. Feudū potentiori alienari non debet, quam sit dominus principalis.
23. Vasallus an possit rem feudalem obligare?
24. Locatio uasallo permissa est.
25. Feudi noui alienatio uasallo permissa domini uoc

ni uoluntate accedente, secūs antiqui.

26. Legatum feudi non ualet.

27. Vasallo uiuente dominus alium infudare potest sub conditione.

28. Dominus alij donare, uendere, atq; legare potest ius suum directum:

29. Alienato feudo vasallus alteri iurare tenetur citra distinctionem.

30. Vasallus fidelitatem recusans, feudo priuatur:

31. Alienatio feudi siue pro parte, siue pro toto facta, vasallo decedente reuocatur.

32. In generali bonorum uenditione feudum non comprehenditur.

**V**Idimus suprà qualiter acquirantur.

Sed quia multæ & innumerabiles causæ rebus incident mortali bus, per quas iugiter homines quod habent retinere nō possunt, C. de vſuf.

l. Corruptionem: Ideo videre conuenit qualiter alienetur feudū acquisitum. Et super hoc videndum est, si in concessione feudi, dominus vasallo concessit alienare, tunc tantūm potest.

1

2

E s r i t

rit licetē facere, sicut permisum est  
3 in contractu. C. de iur. Emphy. l. I. Itē  
si concessum est feudum, ut ipse vasal-  
lus & sui hæredes, & quibus ipse de-  
derit, habeat, & in isto casu alienare  
poterit vasallus, ut in Rub. de feudo  
non hab. propriam naturam feud. sta-  
tim in princip. Et, an prædictis casi-  
bus alienabit rem etiam sine domini  
voluntate? Et videtur quod sic, si va-  
sallus est debit is obligatus: quod ne-  
quit soluere aliunde secundum consue-  
tudinem regni Hierusalem. Vendet  
feudum, & de precio suum debitum  
soluet: & sic necessitate suadente a-  
lienatio permittitur: quod nō permit-  
teretur alias. Rubr. Qualiter olim po-  
ter. feud. alien. §. Necessitate namq;  
suadente: ubi permittit partē aliena-  
re alia parte retenta. Quidam dicunt  
ibi recitari, quod antiquo tēpore fie-  
ri po-

ri poterat alienatio in parte, non autem hodie hoc licebit. Rub. de vasall. qui cont. const. Loth. in princ. & Rub. de feudis c. Imperiale. Vel prædictæ Constitutiones Lotharij & Frederici locum habent in feudis Italicis. Sciendum est, quod in casu quo dictum est licere vasallo vendere rem feudalem, puto congruè obseruandum, ut vasalus prius denunciet domino se velle vendere, ut si dominus velit emere possit prius, eo autem emere recusante vel negligente, infra duorum mensium spaciū post denuntiationem factam domino per vasallum, ex tunc vendere licebit vasallo, & in personas non prohibitas ius suum transferre. C. de iure Emphy. l. vlt. Secundum consuetudinem huius regni faciet vasalus notificari palam per tres proximas ciuitates, qualiter vult feudum ven-

vendere pro debito persoluendo, &  
plus offerenti dabitur sine fraude, &  
5 dominus contradicere nō potest. Item  
sciendum est, quòd pro paruo debito  
non permittetur de facili vēdere feu-  
dū: sed potiū obliget creditori, quòd  
ex fructib. sibi debitī soluat: quòd si  
creditor nolit recipere, tunc conside-  
rata debita quantitate, mediocrem  
rem alienabit, inspecta ipsa qualitate  
& quantitate & honore. Non ergo  
pro modico debito rem vendet magni  
precij: argu. ff. de reb. eorum, qui sub  
tutel. vel cur. l. Magis. §. In princip.  
& C. de sacros. Eccles. Auth. Hoc ius  
6 porrectum. & IO. q. 2. c. Hoc ius. Item  
alienabit & vendet vesallus agnatis.  
Rub. de alienat. pater. feu. & argu. C.  
de fideicom. l. Volūtas. qui in emendo  
domino præferuntur. argumen. d. c.  
alienatio. Rub. Qualiter olim poterat  
feud.

feud.alien.¶.præscriptione autem: Itē  
 alienabit vasallo scilicet dādo in feu-  
 dum æquali vel meliori vasallo. Rub.  
 Qui testes sunt necessarij. alias de lege  
 Corradi.¶.Similiter. Item poterit alie-  
 nare licitè partem feudi: licet non to-  
 tum secundum quosdam. Rub. de alie-  
 natione feudi in princip. Item Rub.  
 Quæ fuit prima causa benef.amitt.¶.  
 Illud enim est, & Rub.la.prim. Quib.  
 mod.feud.amitt.c. Quia suprà.¶.Item  
 si fratrem: sed ibi loquitur quando li-  
 bellarius nemine mediante concedit.  
 Est autem concessio per libellum, quā  
 do concedit rem pro certo precio us-  
 que ad certum tempus, puta 28. annos  
 subiecta annua pensione: & solet etiā  
 adjici in eodem cōtractu, ut finito li-  
 bello sub eadem pensione & conditio-  
 ne debeat renouari. Rub. de libell.c.  
 Restat. Non tamen concedet vasallus  
 Eccle-

Ecclesiæ per libellum prædicto tit.de  
10 alienat. feudi in princip. Sciendum  
est tamē, quod prædicto casu quando  
per libellum concedit vasallus, si sine  
fraude fiat, valet. Rub. de feud.c. Im-  
11 periale. §. Callidis insuper. Item mor-  
tuo vasallo sine hærede, ad dominum  
reuertitur feudum, cōcessione huins-  
modi facta, non obstante ut prædicto  
tit.de alienat. feud. Idem est si vasal-  
lus viuens refutauerit ipsum feudum:  
quia ille qui accepit nullo modo pote-  
rit aduersus dominum se tueri tit.  
Apud quem vel quos controu. feud.  
defin. Quid si ille qui libellario iure  
12 accepit, vult mortuo vasallo domino  
seruire, an dominus sibi auferre po-  
terit rem concessam? & videtur  
quod non, titul. Qualiter olim pote-  
rat feud. aliena. paragrap. Si verò  
13 vel totum, in fine. §. Item queritur, an  
pote-

poterit mulier habens feudum illud dare in dotem, vel pater pro filia, vel maritus dare in donationem propter nuptias vxori, maximè eo casu quando aliàs non est ei sufficiens patrimonium ad dotem dādam, vel donationem propter nuptias faciendam? Videtur quòd possit: Nam ubi aliàs prohibita est alienatio in casibus prædictis, nihilominus tamen cōceditur. C. Commu.de lega. Auth. Res quæ: fauor enim publicus dotis hoc fieri persuadet: argumen. ff. sol. mat. l. i. Et quia usumfructum habens potest dare in dotem & valebit se viuente, sic & feudum. in Auth. de nupt. §. Si verò. Item maximè eo casu quando pater vellet dare feudum in dotem pro filia, videatur non licere: quia filia à feudi successione & beneficio est exclusa. Rub. de feud. success. c. i. §. filia. Posset dici,

in favore matrimonij, & sobolis pro  
creandæ dare licere in dotem & do-  
nationem propter nuptias non obstan-

14 te dicto. Item queritur, an vasallus  
possit dare rem in Emphyteusim? Vi-  
detur quod non: quia dare in Emphy-  
teusim alienatio dicitur in Auth. de  
aliena Emphyt. in Rubrica & textu:  
Sed dicas posse dare, eo iure quo &  
feudum dari potest: Nam & ibi alie-  
nat, scilicet quia transfert utile domi-  
nium in vasallum, ita & hic transfe-  
tur in Emphyteutam. Et poterit eodem  
iure: quia de similibus idem est iudicium.  
C.ad l.falcid.l.vlt.& C.de constit.per.

15 l.vlt. Item queritur, an poterit dona-  
re sine domini voluntate? Videtur  
quod sic: differt enim hoc posse donare  
ab Emphyteusi, ut C.de iure Emphyt.  
l.vlt. & ext.locati.c.potuit. ubi nota-  
tur per l.l.C.de fund.pat. & C.de præd.  
de-

decur. l. vlt. vti qui habet feudum in  
Emphyteusim à fisco potest donare:  
dummodo pensio suis temporibus fis-  
co detur. Item queritur, an poterit da-  
re in Eleemosynam pauperibus. Vide  
tur quòd non, Rub. de feud. c. Imperia-  
lem. Nam & si allodium suum feuda-  
le quisquam contulerit Ecclesiæ, vel  
alio cōtractu alienauit, nisi per gra-  
tiam, tanquam Ecclesia de nouo reci-  
piat feudum, retinere nō potest. Rub.  
de allodijs in princi. debet enim quis-  
quam adorare dominum de sua substā-  
tia, sicut dicit scripture, nō de substā-  
tia aliena, puto tamen de fructib. qui 17  
pertinent vasallo valere oblationem  
factam Ecclesiæ, vel pauperibus, do-  
nec durauerit ius feudale: dum tamen  
domino seruiatur. arg. C. de fund. pa-  
trim. l. I. Nec obstat quod dictum est,  
scilicet posse donari alicui priuato se-

culari secundum quosdam, & sine do-  
18 mini voluntate. Quia Ecclesia dete-  
rioris cōditionis est, quam alia res. ff.  
de manum. l.fui. §. cum ex plurib. &  
ff. de legat.inf.l. Si quis à filio. Semper  
enim rem haberet, quod graue esset,  
ut dominus re sua omni tempore pri-  
uaretur. Rub. de alienat. feudi in prin-  
cip. & ff. de vsuf. l. 3. Alia ratio est.  
Quia homines Ecclesiæ inhabiles sunt  
ad seruiendum domino seculari, puta  
cum armis ad aliquem offendendum,  
extra de voto & vot. redempt.c.ex  
multa. §. fin. quorum officium nemī-  
nem offendere, omnibus aut prodesse  
debet. arg. ext. de postul. c. cum sacer-  
doti. & 14. q. 5. c. deniq; cum suis con-  
19 cordatijs. Item queritur, an vasallus  
feudum suum poterit Ecclesiæ dare  
in feudum? Si domini voluntas acce-  
dit planum est, quod non distinguitur  
per-

persona accipientis. Rub. Quid sit in-  
uestitura. c. i. alias videtur nō licere:  
quia vasallus non potest domino ser-  
uire per Ecclesiam substitutam: quia  
inhabilis est ad seruiendum, ut dixi-  
mus: quia arma clericorū lachrymæ  
sunt. 23. q. 8. c. clericī. Quid autem si 20  
alias sunt Ecclesiæ homines, sunt ha-  
biles ad seruiendum domino cum ar-  
mis: sicut sunt Templarij, Hospitala-  
rij vel Teutonici, qui præ alijs secula-  
ribus possunt iuuare dominum cōtra  
hostes, maximè in regno Hierusalē,  
vbi sunt ad offendendum hostes, &  
ad defensionem terræ Christianorum  
principaliter constituti? Videtur præ-  
dicta ratio prohibitionis cessare, sed  
inhabilis non cessat infirmitas illa.  
Quia inhabiles sunt qui non possunt  
decedere sine hærede ut dictum est su-  
prā. Sed ad hanc posset probabiliter

F 2      respon.

responderi sic, ut quando constituitur  
vſusfructus ciuitati tenet: quamuis ci-  
uitas semper duret vſq; in centum an-  
nos, quibus finitis ad dominum reuer-  
tetur. ff. de vſuf. l. An vſusfructus. Sic

21 etiam h̄ic. Pr̄eterea non est nouū ne-  
que insolitum cōcedi feuda Ecclesijs.  
Rub. de capitulis Corradi. §. Item si  
clericus. Vnde si vasallus infeudauit  
Ecclesijs vel pr̄elatis, nō poterit eum  
dominus redarguere. Hoc forsitan pos-  
set proinde tolerari in regno Hieru-  
salem propter fauorem defensionis fa-  
ciendæ ab eis contra pessimos Sarra-  
cenos, inuadentes assiduè iura regni.  
Si autem negligeret Ecclesia seruire,  
caderet à iure feudi ipso iure. Rubr.  
Quæ fuit prima caus. benef. amit. §.  
Sed non est alia iustior. Nam & hoc  
est alias. C. de sacros. Eccles. l. Iubemus  
nullum, quod negligendo vel omitten-  
do po-

do potest prælatus facere deteriorem  
 conditionem Ecclesiæ de præsc. c. 1.  
 16.q.3.c.placuit vt quicunq; & defi-  
 nitur.ext.c.firmitate.Nec est contra  
 rationem communem: Multa nanque  
 pro utilitate publica cōtra rationem  
 iuris communis introducta sunt. ff.ad  
 l.Aquil.l. Ita vulneratus.s.vlt.Sin au- 22  
 tem feudū esset alicuius domini secu-  
 laris, graue esset domino , si vasallus  
 alienaret alicui de prædictis , quibus  
 dominus principalis par esse non pos-  
 set: & ideo eius causa durior esset.ar.  
 ff.de alienat.iud.mut.causa facta.l.3.  
 Itē quæritur , an vasallus poterit rem  
 feudalem obligare: Videtur quòd sic. 23  
 arg. ff.de pig.l. Res hypothecæ, sed cō-  
 trā est Rubr.de feud. c. Imperialem.  
 Item an poterit locare ? R. quòd sic:  
 quia prohibetur alienare, vt Rub. de  
 feu.l.c. Imperialem. Sed locare nō est

alienare: quia proprietatē & posses-  
sionem rei locatæ retinemus. ff. Loca-  
ti.l. Non solum & ff. de vi & vi arm.  
l. fin. Sic & commodare & deponere  
potest mobilia, quæ sunt in feudo eadē  
ratione. ff. Commod.l. Rei commoda-  
tæ, & Ru. Qualiter olim poterat feu-  
al. s. donare: nisi locatio esset fraudu-

25 lēta alienatio. Item quæritur, an quo-  
libet casu poterit vasallus alienare  
feudum domini voluntate? R. Si feu-  
dum est nouum, puta concessum ipsi  
vasallo, tūc potest alienare. Si sit an-  
tiquum non, etiam domini volūtate,  
nisi agnatis factō consentiētibus, ad  
quos esset beneficiū reuersurum. Rub.

26 de alienat. pater. feudi. in princip. Itē  
quæritur, an legare illis vel hæredes  
instituere illos possit, qui aliās non es-  
sent successuri? Videtur quod sic: Nā  
licet prohibeatur alicui rē alienare,  
intel.

intelligitur inter viuos prohibitū, non  
 in vltima voluntate. ff. de alienat. iud.  
 mut. caus. facta. l. Ex hoc edicto. §. Si  
 hæredem: & transfertur dominium,  
 cùm transfertur in vltima voluntate.  
 Sed quòd non valeat relinqu etiam  
 in vltima voluntate patet: quia eius  
 alienatio prohibita est à l. prædicta  
 Imperiale. Rub. de vasallo qui cont.  
 constit. Loth. c. 1. Sed quæritur, an do 27  
 minus viuente vasallo poterit alium  
 infeudare sine vasalli volūtate? Vide-  
 tur quòd non. Rub. de feud. c. Imperia  
 lē. §. præterea in fine. Sed cōtra Rub.  
 Si de feud. def. content. sit inter dom.  
 & ag. vas. c. Moribus. Sol. Potest in-  
 feudare sub cōditiōe, scilicet si ad ip-  
 sum dominum reuertetur, secundo va-  
 sallo. tit. de inuest. de re al. facta. & de  
 feud. dato in vicē legis com. §. Si quis 28  
 inuestierit. Itē quæritur, an dominus

poterit vēdere, donare, vel legare ius  
suum, scilicet directum dominum? Vi-  
detur quōd sic. C. de donat. L. Spem:  
Nam proprietarius legat rem, in qua  
alius habet vsumfructum, & vni le-  
gat proprietatem & alij vsumfructū.  
ff. de vsumfructu. l. si alij. Sed videtur non  
licere domino sine vasalli voluntate.  
Rubrica de lege Corradi. § Ex eadem  
lege. Quod Mediolani non obtinet: ibi  
enim dominus sine curia etiam totū  
beneficium alienare potest: dum ta-  
men aut æquali domino aut maiori

**29** detur, non sine vasalli volūtate. Item  
quādo totum suum ius alienat, an no-  
uo domino iurabit fidelitatem? Certè  
cūm licita est alienatio, & alienat  
æquali domino vel meliori, vasallus  
tenebitur nouo domino obedire. Nec  
obstat si ipse Vasallus esset nobilior  
domino prælibato. Eo enim iure quo

fallus est, minor quolibet domino re-  
 putatur. arg. ff. de iurisd. om. iud. l. est  
 receptum. Assumpsit namque perso-  
 nam vasalli cùm feudū recepit. Non  
 ergo pudeat semper eādem donec feu-  
 dum durat, habere personam: arg. C.  
 de postulando. l. Quisquis. §. vlti. hoc  
 enim euenire posse prospicere debuit.  
 ff. Locati. l. Si quis domum. §. j. ff. de  
 dam. infect. l. Qui bona. §. Cùm inter,  
 & ff. ad Treb. L. Lucius. §. pen. Quid 30  
 autem si vasallus recusat facere fide-  
 litatem? Tunc feudo priuatur. Rub.  
 Per quos fiat inuestitura. §. Nulla au-  
 tem, &c. Rub. Quæ fuit prima caus.  
 benef. §. Sed non est alia. & poterit  
 deiici de eo. arg. ff. Locati. l. Quero §.  
 Inter. & C. Locati. l. Eiusdem: & C.  
 de iure Emphyt. l. 2. C. de sacros. Eccle-  
 sijs. Auth. Qui rem huiusmodi. Et ita  
 est vnus casus iste, quo potest vasallus

F 5 ex-

*expelli à feudo. Alios casus nota inf.*

*Quibus modis feud. amitt. s. Item*

**31** *qui à domino. In summa nota, quòd si aliquis de Capitaneis vel maioribus vel minoribus valvasoribus suum feudum totum, vel feudi partem alienauit, & ipse vel hæres eius sine hærede deceſſit, totū quod fecit, reuocari debet: quia beneficium senioribus aperiatur. Rub. Apud quem vel quos conrouersia feudi definiatur: alias de feud.*

**32** *dand. min. valvas. Sed pone, sit capitaneus quidā, qui in quadam charta sua scripsit. se omnia bona tali vel tali vēdidisse: nūquid & feudum vendidisse censebitur? Et beneficia seu feuda in venditione non contineri, constat: nisi expressè actū sit vt vēdantur. Rub. qui debeant succedere in feudo. c. quidā capitaneus. In generali enim alienatione feudum non continetur: nisi dictum*

dictum fuerit nominatim. Rub. Si de  
feud. def. contentio sit.c. In generali  
alienatione. argumen. ff. de pig.l. obli-  
gatione generali & ff. de priuileg.  
cred.l. penult. & C. quæ res pig. oblig.  
poss. vel. non. l.i.

QVIBVS CASIBVS ET MO-  
DIS FEVDVM AMITTATVR  
Titulus IX.

1. Sine certaratione & conuicta culpa nemo secundum priuandus est.
2. Pluribus modis feudum amittitur.
3. Morte quomodo feudum amittatur?
4. Capitis deminutione maxima quomodo?
5. Capitis deminutione media quomodo?
6. In gratitudine amittitur casib. qui consistunt aut in faciendo, aut non faciendo.
7. Vasallus dominum scienter assiliens, feudo priuatur.
8. Vasallus assiliens castrum, in quo dominus est, itidem priuatur.
9. Vasallus impias manus in dominum mittentes feudo priuatur
10. Idem est si manus saltet leuarit.

11. Non sic strictè agitur cum uasallo ut cum liberto.
12. Vasallus dominum diffamans feudū perdit.
13. Vasallus dominum ad sui tutelam diffamās, excusatur.
14. Vasallus domino graue dispendium sua delatione inferens, feudo priuatur.
15. Vasallus spontē testimonium dicens in caput domini, feudo priuatur.
16. Vasallus dominum de crimine capitali accusans priuatur.
17. Excusatur si accusauerit non criminaliter.
18. Excusatur item suam suorumq; iniuriam prosequendo.
19. Vasallus crimen, quod domino intendit, probans, excusatur.
20. Vasallus excusatur retorquendo crimen obiectum.
21. Vasallus ante sententiam desistens ab accusatione ueniam meretur.
22. Vasallus spontē contra dominum aduocās feudo priuatur, secūs si coactus à iudice.
23. Vasallus iudex contra dominum iuste pronuncians, excusatur: secūs si dolo.
24. Vasallus errore dominum in seruitutem reuocans excusatur.
25. Persona aucta à iudice in accusatione vasalli contra

contra dominum instituta uasallus non tenetur.  
26. Vasallo etiam in modica criminali causa  
dominum accusare non licet.

27. Vasallus uxori uel liberis domini iniuriam  
faciens feudum amittit.

28. Vasallus feloniam committens, ob quam in  
curia dominis stare nequeat, feudo priuatur.

29. Vasallus tradendo munitiones domini feu-  
do indignus redditur.

30. Vasallus copulans parentelam cum inimi-  
eis domini, feudum amittit.

31. Vasallus nisi subuasallum qui dominum offen-  
dit, ad satisfaciendum domino deducat, feudum  
amittit.

**V**Idistis suprà qualiter feudum  
acquiratur et alienetur. Sed  
quia ius quo utimur consistit non tan-  
tum in acquirendo et conseruando,  
sed etiam in amittendo. Ut ff. de leg.  
et Senatus.l.fui:Consequenter videa-  
tis quib.modis et casib.amittatur feu-  
dum. Nam sine certa ratione et con-  
uicta culpa non est quis feudo vel be-  
neficio priuandus. Rub.de feudo sine  
culpa

culpa non amittendo . c. Sancimus.

2 Sciēdum ergo est, quōd feudum amittitur pluribus modis: morte, capitis diminutione maxima & media, ingratitudine, negligentia, clericatione, inuasione, refutatione, bonorum cessione, alienatione illicita, præscriptio ne facta ab altero de re feudal i, extincione rei, re extincta, & negatione, siue mendacio scienter facto de re feu

3 dali. Amittitur ergo morte, scilicet quando vasallus moritur, cui erat ad vitam concessum: vel si in hæredes & ipse sine hæredibus moritur, tunc feudum finitur, & ad dominum reuertitur: sicuti amittitur, & perit usufructus morte usufructuarij. l. Quib. mo. usufr. amitt. l. Sicuti in annos. §. Mor-

4 te. Capitis dominutione maxima amittitur, veluti cum de libero factus est seruus: vel damnatus in perpetua

vin-

vincula, vel ad opus metalli: quo casū  
 perdit liberam ciuitatem & familiā.  
 ff. de capit. diminut. l. vlt. Item media  
 capitis diminutione amittitur, quan-  
 do amittitur ciuitas, & familia, tamē  
 & libertas retinetur: ut cùm aliquis  
 est ferbannitus, sicut fieri cōsuevit in  
 ciuitatibus contra malefactores, qui  
 habentur loco deportatorum. ff. de bo-  
 nis libert. l. Qui cùm maior. §. hi demū.  
 In gratitudine amittitur multis casi-  
 bus, qui cōsistunt aut in faciendo, aut  
 non faciendo, id est, in negligēdo face-  
 re, quod facere debet: In faciendo cō-  
 mittitur ingratitudo per quam perdi-  
 tur feudum, scilicet si vasallus assilie-  
 rit dominum scienter: cognoscens do-  
 minum suum esse. Rub. Quib. mo. feud.  
 amit. s. Similiter. Rub. Quæ fuit prim.  
 caus. benef. amitt. §. porrò si dominū.  
 Similiter si castrum domini, vel ciui-  
 tatem

tate assilierit sciens dominū vel domi  
nam ibi esse.d. §. Similiter. & d. §. por-  
rò si dominum. Item si irripias manus  
in dominum miserit. argum. in Auth.  
vt cùm de appell. cog. §. Illud quoq;  
& dicto. §. porrò. Idem fortè si cura-  
uit, vt dominus percuteretur in cor-  
pore suo. ff. de iniur. l. Non solum. Quid  
si manus aduersus dominum leuavit,  
non tamē percussit? Quia iniuria est,  
licet vis absit, tamē noxius esse vide-  
tur. ff. de iniur. l. Item apud. §. Si quis  
pulsatus. Quid si quadam contumacia  
vel iactantia ceruices aduersus domi-  
num erexit, aut leuis offensa contra-  
xit culpam? Videtur feudo priuari: si  
cut libertus hoc faciens contra patro-  
num, priuatus est dicta libertate. C. de  
liber. & eorum lib. l. Si manumissus.  
Sed forsitan nō sic strictè agitur cōtra  
vasallum isto casu, sicut contra liber-  
tum,

tum, qui cùm esset seruus & non ho-  
mo, factus est homo, bonum est ut ho-  
noret & reuereatur patronum, qui  
manumisit eum, ut eum aduersarium  
non haberet. Grauiori siquidem pœna  
afficiendus est libertus, cùm maius  
beneficiū est collatum. argumen. C.de  
Episc. & Cler.l.presbyteri infine. Itē 12  
si diffamationem & inhonestam in-  
iuriā domino intulerit: vel vitæ eius  
insidiatus fuerit veneno, vel gladio,  
vel aliter. vt præallegato. titul. Quæ 13  
fuit prima causa benef. amit. §. porrò.  
Excusatur hoc casu quando iniuria-  
tur domino ad tutelam sui vasallus:  
tunc enim non dicitur iniuriari, sed  
iure facere ff. de iustit. & iure. l. vt  
vim. & ff. ad. l. Aquil. l. Scientiam. §.  
Qui cū aliter. Item si delator domini 14  
sui extiterit, & propter suam delatio-  
nem graue dispendium fecit eum susti-  
nere.

nere eod. tit. §. Itē si delator. Sic hæres  
filius priuatur hæreditate patris, &  
patronus bonorum possessiōe liberti,  
qui delator eius extiterit, vt in Auth.  
vt cùm de appell. cog. §. causas. Idem est  
si delatorē submisit, vel pro eo in cau-  
sa delationis fideiussit, vel suo testi-  
monio eum iuuit. ff. de bon. libert. l.  
Qui cùm maior. §. l. & ff. de his quib.  
vt indig. l. Legatum. §. Qui accusauit.

15 Quod autem dicitur, si testimonium  
dixit in caput domini vel patroni seu  
do priuari, intelligatis quando spou-  
tè dixit, secus si coactus fuerit à Iudi-  
ce perhibere testimonium veritati. vt  
ff. de his quib. vt indig. l. Post legatū.  
§. Iis quoq;, & ff. si quis cont. l. 2. §. l.  
16 Item si accusauerit dominum de cri-  
mine famoso vel capitali: nisi fecerit  
hoc pro Principe vel re publica, tunc  
excusatur, vt in Auth. vt cùm de ap-  
pel.

pel.cog.§. Causas autem. Item excusa 17  
tur, licet accusauerit nō tamen crimi-  
naliter. ff.de bon.lib.l. Qui cùm maior.  
Item excusatur, si accusando suam, 18  
suorumq; iniuriam prosequatur va-  
sallus, eadem.l. Qui cùm maior. §. Si  
patris mortem. Item si crimen quod 19  
intendit, probauit vasallus, iure excu-  
satur secundum quosdam. ff.de iniurijs  
l. Eum qui necessitate. Hoc tamen in-  
telligo quando intererat liberti pro-  
pter necessitatem dominum accusa-  
re, vel ratione officij quod gerebat.  
ff.de in ius voc.l. Quantum. Aliás quā  
nis patronus deliquerit, non debet ip-  
sum denūciare vel deferre: Si fecerit,  
beneficio indignus est. ut suprà dictū  
est. §. Item si delator. Item excusatur, 20  
si accusatus retrorsit in eum crimina.  
Ignoscendum enim est ei vasallo, qui  
prouocatus, voluit se vlcisci. ff. de bo-

- nis libert.l.Qui cùm maior.s.Idem pū  
21 to. Item si ante sententiam desiterit  
ab accusatione: vel si appellatione in-  
terposita desijt.ead.l. Qui cū maior.s.  
Accusasse. Quod potest intelligi quan-  
do nondum probauit crimen obiectū:  
et sic iniuria non habuit effectum.ff.  
22 Quod quisque iur.l.i.s.fin. Quid si fuit  
aduocatus contra dominum? Videtur  
excusari. Quia aduocatus nō accusff.  
de bon.libert.l. Qui cùm maior.s.si pa-  
troni. Argumen. contra.ff. de. Inoffi-  
testam.l. vlt. et expressè extr.de po-  
stul.c.vlt.vbi dicitur:Clericus qui con-  
tra Ecclesiam, à qua beneficium obti-  
net pro extraneis aduocatus, vel pro-  
curator esse præsumit, tāquam ingra-  
tus potest (maximè si clericus sic e-  
iusdē Ecclesiæ) beneficio huiusmodi  
spoliari. Et etiam argumen.i.q.7.c.I.  
16.dijt.c.Si imperator.3.q.1.c.nulli et  
sic

sic vasallus tenetur domino. 22. q. 5. de  
 forma. & in vſib. feud. quomodo feud.  
 amitt. Quidā distinguunt, an coactus  
 à prætore aduocationem facit, & tūc  
 propter iussum Iudicis excusaretur.  
 arg. ff. de aq. pluui. arc. l. Quanquā. ff.  
 de. Iurisd. om. iud. l. si quis id quod. do  
 li, id est, ab ipso prætore iussus: potest  
 enim prætor compellere aduocare. ff.  
 de. postul. l. i. §. ait. prætor. & C. eod.  
 l. prouidendum: & sic intelligo dictū  
 §. Si potroni. Quod ignoscendum est  
 ei qui non ſpontē accusauit, vel aduo-  
 cauit ead. l. Qui cum. §. Si pater. An  
 fine compulsione ſpōtē pro extraneis  
 cōtra dominū aduocauit, & tūc bene-  
 ficio est indignus, vt. §. clericus autem  
 cum suis concordantijs. Item si vasal- 23  
 lus est Iudex, & in cauſa domini con-  
 tra ipsum pronunciat, videtur si iuste  
 iudicat excusari, quia Iuris executio

non habet iniuriam. ff. de iniurijs. l. In-  
iuriarū. s. i. Si autem malè & dolo,  
tunc domino tenetur ad omne inter-  
esse, vt. ff. de Iudic. l. filius. <sup>9</sup>. Iudex, &  
Instit. de oblig. quæ ex quas. del. nasc.  
in princip. vel si placet domino, priua-  
re poterit eum feudo: quia venit con-  
tra debitam fidelitatem: quia iura-  
uit vel promisit iura domini defensa

24 re. Quid si petat dominum in seruitu-  
tem suam vt seruum redigi, & non ob-  
tinuerit, mox veritate comperta pas-  
sus est ipsum in libertate morari? dicē  
dum est vasallo hoc non obesse, maxi-  
me si habuit iustum causam errandi,  
ff. de bon. libert. l. In seruitutem. s. Si

25 petierit. Item quid si vasallus dominū  
accusauit eo crimine cuius pœna non  
est capitalis, veruntamen iudicanti  
placuit augere pœnam? Videtur hoc  
non nocere vasallo: quia imperitia seu  
seue-

seueritas iudicantis hoc fecit. ff. eod.

l. Qui cùm. s. is demū. Similiter econ- 26  
uerso accusauit de crimine capitali,  
Index tamen benignius puniuit, vt  
non ob sit instituta accusatio, eod. tit.

l. Idem est. Sed videtur non licere va-  
sallo dominum accusare etiam in mo-  
dica criminali causa, vel testimoniū  
cōtra ipsū dicere, alias priuatur. Ru.  
de consuet. recti feudi. s. Similiter va-

fallus. Item committitur ingratitudo 27  
infaciendo, videlicet si vxori vel fi-  
liis domini iniuriam fecerit: quia per  
eos dominus iniuriā patitur. ff. de in-  
iurijs. l. prætor. s. Non solum. Institu.  
eod. titu. s. patitur, & facit optimè. ff.  
de off. præfecti vrb. l. I. s. Cùm patro-

nus. Item si fratrem suum occiderit, 28  
vel nepotem vel filium, ad hoc vt totū  
feudum habeat, vel aliam feloniam  
cōmiserit. Verbi gratia, hominem tra-

*tradendo, ut amplius in curia stare non possit, quod intelligo hominem qui domino seruiebat, tunc bene priuabitur.* Rubr. *Quibus mod. feud. amitt.* §.

*Item si fratrem.* Rub. *Quae fuit prim.*

**29** *caus. benef. amit.* §. *si verò Item si munitiones domini, in quib. dominus cōfi debat, tradiderit inimicis, quia facit contra sacramentum fidelitatis in illo articulo Tutum, suprà de forma*

**30** *Iuramenti.* §. *Tutum. Quid si cum inimicis domini parentelā copulauerit? Videtur, si in contrarium domini sui fecit, beneficio spoliari. argumē. ff. de off. præfect. vrb. l. i. s. Cūm patronus & C. de Inoff. testam. l. Liberi in fine.*

**31** *Illud quoque sciendum est, quod si vasillus de feudo suo alium vasallum habuit, & vasillus vasalli dominum domini sui offenderit, nisi pro seruitio alterius domini suifecerit, feudo suo priua-*

priuabitur, & ad dominum suum a quo ipse tenebat, reuertetur: nisi requisitus ab eo, paratus fuerit satisfacere maiori domino, quem offendit, & nisi vasallus eum qui maiorem dominum offendit, requisiuerit ut satisfaciat domino, feudum amittit. Rubric. de feu. c. Imperiale. §. Illud quoque.

QUALITER FEVDVM NEGLIGENTIA DEPERDAT VR.

1. Vasallus nisi intra annum & diem domino mortuo, heredem inuestitura requirat, feudo priuatur.
2. Vasallus de fidelitate domino præstanta tribus uicibus requisitus, eam facere negligens, feudo spoliatur.
3. Hoc ita: si maior sit 14. annis, secus si minor.
4. Vasallus grandem iacturam, quam domino imminere norat, celans, feudo priuatur.
5. Vasallus iacturæ domini non resistens, teneatur de negligentia.
6. Non debet, qui scit, ulterius certiorari.

7. Vasallus dominum in acie periclitantem dis  
mittens, feudum amittit.
8. Vasallo ad defensionem domini inutili nihil  
imputatur.
9. Vasallus dominum mortiferè uulneratum di  
mittens, excusatur.
10. Vasallus qualiter dominū iuuare teneatur?
11. Vasallus uitam domini suæ præponere non  
tenetur.
12. Vasallus an semper dominum iuuare tenea  
tur, siue iuste siue iniuste prælietur?
13. Dominus antiquior cæteris est præferen  
dus: ut & Papa, & Imperator.
14. Hæres propter ingratitudinem à prede  
cessore suo remissam, vasallum priuare neguit.
15. Vasallus dominum è captiuitate pecunialis  
berare nō tenetur: nisi id commode facere posse.
16. Vasallus domini periuriū sua pecunia auer  
tere non compellitur. (netur.)
17. Vasallus ad alimenta domino præstanda te  
netur.
18. Vasallus ad domini inclusi liberationem, te  
netur: alias feudum perdit.
19. Vasallus domino iustitiam negat, feudo ex  
poliatur.
20. Vasallus quantocunque tempore domino  
seruitum non obtulerit, non propterea feudo  
expoliabitur.

21. Vasallus ad expeditionem domini uocatus, ni eque acceptabilem domino mittat, uel ipse ue-  
niat, feudo priuabitur.
22. Spatium competens ueniendi quod sit?
23. Vasallus si in re feudali male ueretur, uel  
ea dominus ad egestatem redactus opus habeat,  
feudo expelli potest.
24. Vasallus si committat feloniam, ob quam in-  
curia domini stare nequeat, feudo priuatetur.

**N**egligentia quæ committitur in  
non faciendo, amittitur feudum:  
scilicet, si vasallus per annum & diem  
domino suo mortuo steterit, quod hæ-  
redem domini sui inuestituram pete-  
do, & fidelitatē pollicendo non adie-  
rit: contra si domino superstite, & fi-  
lius eius per dictum tempus prædicta  
facere neglexit, beneficio carebit. Itē  
si dominus principalis inuestituram  
pollicēdo vasalli fidelitatem petierit,  
& illo non præstante dominus tribus  
vicibus, conuenienti tempore interpo-  
sito,

sito, forte septē dierū spacio ad curiā  
suā super hoc proclamauerit, & vasal-  
lus tribus vicib. à suis parib. citatus,  
iurare voluerit. Si tamē beneficiū tale  
sit, ut pro eo ius iurādum fieri debeat:  
Sunt enim quædam feuda ita data, ut  
pro his fidelitas nō sit præstāda. Rub.  
Quæ fuit pri. caus. benef. amit. §. est &  
**3** alia. Hoc ita si vasallus talis maior  
14. an. sit, nāq; trāsaēto anno & die,  
feudū amittitur, & ad dominū redi-  
bit. Rub. de feud. c. Imperial. §. si quis.  
Minor autē xiiij. annis fidelitatē fa-  
cere nō cogetur usq; dū fuerit doli ca-  
pax, & ideo feudū interim nō amitti-  
tur. Rubr. si de feud. content. sit inter  
domin. & ag. vas. §. si minori &. §. Si  
quis deceperit. Qualis autē sit forma  
Iuramenti diximus sup. vnde dicatur  
**4** feudū & de forma Iuramenti. Item  
si vasallus præscierit aliquem contra  
domi-

dominum suum assaltum vel mortem,  
 vel captionem, aut patrimonij gran-  
 dem iacturam facere molientem: de-  
 bet dominū super hoc quam citius po-  
 test certiorare, vel per se vel per aliū,  
 ut proinde dominus sciens prudensq;  
 periculum valeat declinare. Quod si  
 non fecerit, doloque vel negligentia  
 sua vel fraude celauerit, beneficio se  
 caritatum agnoscat. Rub. Quæ fuit  
 prima causa benef. amic. §. præterea  
 si vasallus. Item si resistere potuerit,  
 & non fecit, tenebitur: sed si resistere  
 vel denunciare non potuit, non tene-  
 tur. ff. Locati. L. Itē quæritur. §. Ex-  
 ercitū veniente. Quid si domino inno  
 tuit? Videtur non teneri vasallus si nō  
 denunciauit: quia non debuit, qui sci-  
 uit, certiorari. ff. de administ. tut. l. si  
 pater. §. Ex quo innotuit, & ff. de act.  
 empti. l. l. in fine & ext. de Elect. c.

- 7 cum inter vniuersas. Item si dominū  
suū cū quo ad præliū iuit, in acie peri-  
clitantem dimisit. Rub. Quæ fuit pri-  
ma caus.benef.amit.¶. Item qui domi-  
num. Et intelligatis si dimiserit non  
mortuum, nec mortiferè vulneratū,  
cūm ad hoc ipse posset ei adiutorium  
ferre. Rubr. Quib. modis feud.amit.l.  
prima, & de feudo sine culpa nō amit  
tendo.¶. Si quis miles, vel cum eo non  
laborauerit, si potuerit, vt ff. ad Sil-  
leianū. l.1.¶. Occisorum: vnde dicitur  
cū posset opem ferre, vel iuuamen, &  
non contulit. Quid enim si vasallus  
erat graui infirmitate detentus, ita  
quod dominum non potuit iuuare: aut  
quid si manibus abscissis mortiferè  
vulneratus vasallus fugijt: vt pote ad  
defensionem domini inutilis constitu-  
tus: tunc non imputabitur ei. argum.  
ff.eod.tit.l. Si quis in grani. Nam nec  
liber-

libertus valetudine impeditus pecca-  
 re videtur si operas nō præstít. Nec  
 enim potest per eū stare videri quo mi-  
 nus operas præstet. ff. de oper. lib. l. Li-  
 bert. qui. Itē bene dicitur nō mortuū,  
 nō mortiferè vulneratū: qā sim mortuū,  
 vel mortiferè vulneratū dimisit, quia  
 & que periturus erat dominus, etiam si  
 secū stetisset vasallus, tūc non imputa-  
 bitur fugiēti. arg. ff. Quod vi aut clā.  
 l. Si aliis. s. Est & alia. & argu. C. de  
 iure Empbyt. l. I. in fine. Sed qualiter 10  
 debuit opem ferre seu dominū iuuare.  
 Resp. corpore suo cū armis opponendo  
 se cōtra aduersariū, & voce clamādo  
 vt vicini eū audirēt, & succurrerent:  
 cū ipse solus resistere nō valeret. ff. ad  
 Sc. Silleianum. l. I. s. Occisorū in. Rub.  
 de alienatione paterni feudi. s. si à  
 morte. Sed queritur, an debeat vasal-  
 lus vitam domini præponere suæ, vt  
 mori

mori non recuset pro domino liberando: sicuti debet facere seruus pro domino. ff. ad Silleianum. l. i. s. Hoc autem Sc. & c. hoc rescriptū, & l. Cūm dominus. Sed non puto vasallum sic astricatum domino sicuti seruū, debet ergo iuuare si potest sine sua morte, si-  
cut libertus patronum, vt. ff. de oper. libert. l. Hæc demum ibi sine periculo vitæ & l. Artificij, & vltrò ad eum se conferre, scilicet quanuis non sit à domino requisitus, quando scit eidem domino periculum vel mortem immi-  
nere, vel ipsum obseßum, & tunc si non iuuuit, feudo priuabitur. Ru. Hic finitur lex, deinde consuet. reg. incip.  
§. Ad hoc quantumcunq;. Item. Rub.

Si de feudo contentio sit inter dom.

**I2** & agn. vasalli. c. licet vasallus. Sed nunquid debet iuuare dominum sem-  
per, iuste siue iniuste prælietur. Rubr.  
secundo

secundum sententiam Oberti excusa  
tur vasallus, si ad offendendum alios  
dominum nō iuuuit, cùm palam est ip-  
sum irrationaliter præliari: sicut  
et seruus excusatur qui dominum  
suum in adulterio deprehensem, et à  
marito interfectum non iuuuit. ff. ad  
Sillan.l. Si quis. §. 1. Sed in hoc capitu-  
lo sunt qui diuersum sentiat, quorum  
sententia nō placet. Nam ad inhona-  
sta vel illicita fidelitatis debitū non  
extenditur. ff. de operis libert.l. Hæc  
demum. Cùm autē dominus iuste præ-  
liatur, vel iusta causam habet defen-  
sionis, aut dubitatur an habeat iusta  
causam vel iniusta, tūc vasallus debet  
dominū iuuare tā ad offendendū quā  
ad defensionē faciendā: Si autem pa-  
lam est, quod dominus irrationaliter  
guerram facit, adiuuet eū ad eius  
defensionem, ad offendendum verò

H alium

alium dominū iuuare non tenetur, &  
si non adiuuit beneficium non amittit. Sed cùm voluerit iuuare poterit,  
si volet. Hæc omnia sunt in. Rub. Hic  
finitur lex deinde consuetud. regni.

- 13 incip. statim in princip. Et etiam debet dominum iuuare contra omnes,  
& contra filium, & patrem, & fratrem, non tamen contra alium dominū antiquiorem: hic enim est cæteris præferendus, eod. c. circa finem. §. Contra omnes. & argumen. ff. de condic. In deb. l. frater. Argumentum contra. C. de excusat. tut. l. Humanitatis. Sed non iuuabit cōtra dominum Papam, vel Imperatorem, vel regem: quorum personæ sunt exceptæ à Iuramento fidelitatis. Rub. de feud. c. Imperiale. §. præterea: & extra de iure iur. c. ve-  
14 nientes. Quid autem si vasallus domini offendit, dominus tamen veniēs ad mor-

ad mortē, nihil dixit de offensa in ultima voluntate, neq; abstulerat ei feus dū, an hæres domini poterit ppter illā ingratitudinem antea cōmissam, feudo eum priuare? Videtur quod non. ar. C.de Inoff. testam. l. Omnimodo. ff. de probat. l. periculo. ff. ad Sillan. l. I. §. fi. & C.de reuoc. donat. l. vlt. Nisi in ipso transitu mortis fuerit ingratus, vel in faciendo, puta occidendo, vel mortis causam dando, quod idem poterat. ff. l. Aquil. l. Qui occidit. s. fin. vel negligendo facere, quod debebat, ut habes quando dominum periclitatem non iuuit, vel alia quæ dicta sunt de negligendo in ipso transitu vitæ, tunc hæres talem ingratitudinem iudicare poterit & debebit. ff. de his quib. vt indig. l. vlt. s. Item quæritur, an sicut tenetur dominum si potest à morte liberare vt dictum est, teneatur

H 2 simi-

similiter dominum in captiuitate possum liberare si potest redimere? Videtur quod sic: alias priuatur feudo, sicut filius hereditate. ut C. de Episc. & cler. Auth. si captiui. Comparatur enim captiuitas morti fictione. l. Cornelia, quae fingit captum à die captiuitatis mortuum esse. C. de capt. & postlim. reuersi. l. i. Super his videtur mihi, quod si ei est copia pecuniae vel verborum, ut redemptionis commodum facere possit, quod debet facere ratione beneficij sibi dati. Idem puto, si erat in alio graui personae periculo constitutus. Non autem si dominus iurauit se debitum certo domino ac tempore soluturum: quod quia non poterat soluere in periurium incidebat, & vasallus eum liberare posset suam pecuniam dando, & non facit, beneficium perdit, sed retinet sibi vasallus. Quoniam ad

ad hoc faciendum nō est domino obli-  
gatus. *Ru.* Si de feud. def. cont. sit in-  
ter dom. & agn. s. Licet vasallus do-  
mino. Sed quæro, quid si dominus ad 17  
summā egestatem peruenit, ita quòd  
fame moriatur: an vasallus tenetur  
ei in alimentis necessarijs subuenire.  
*Resp.* sic: alias feudum reuocabitur.  
argumen. ff. de lib. ag. l. *Alimenta.* &  
in Auth. ut liberti de cætero aureo  
annulo nō fung. s. Illud: & ff. de *Iure*  
*patronat.* l. diuus. s. I. & l. *Ingratus:*  
tenetur enim dominum à morte libe-  
rare, & hæc indistinctè dicit. s. si à  
morte. Quia non refert ex æquipol-  
lentib. quid contingat: siue gladio, si-  
ue fame dominus moriatur, debet ip-  
sum dominum adiuuare. Item si cog- 18  
nouit dominum inclusum, cùm potue-  
rit non liberauerit, feudum perdet.  
*Rub.* Quæ fuit prima caus. benef. amit.

H 3. §. Item

5. Item si delator versic. vel si cognoscere uerit. Item qui domino suo iustitiam facere noluerit, feudo expoliandus erit, idem est, si seruitiū debitum pro feudo facere recusarit: hoc intelligatis si facere poterat; alias si valetudine impeditur quo min' possit seruire, non tenetur. Quia non videtur tunc per eum stare. l. aurea. ff. de oper. lib. l.
- 20 libertus. Quid autem si non obtulit vasallus domino seruitium quantocunque tempore steterit, an ne propterea feudum perdet. Resp. quod non, dummodo petenti domino seruire paratus est: id quod si non fecerit, amittit beneficium. ff. de oper. libert. l. Cùm patronus: tamen si sciat seruitium domino expedire, vele magnum periculum imminere, etiā irrequisitus iudicium & seruitium domino præbere debet. Rub. si de feud. def. cōt. sit inter dom.

Gag.

& ag. vas. s. Licet vasallus: & Rubr.  
 Hic finitur lex & consuetud. reg. in-  
 cip. s. ad hoc quantocunque. Sic ejci-  
 tur conductor & Emphyteuta si non  
 soluit locatori debitam pensionem pro  
 domo. C. de iure. Emphyte. l. 2. et si pa-  
 etum fecit locator de non expellen-  
 do conductorem. Inest enim pacto ta-  
 cita conditio, scilicet, si pensiones sol-  
 uerit. Sic erit in feudo, si seruitium  
 præstiterit. ff. Locati. l. Quæro. s. Inter. 21  
 In summa notandum est, quod quicun-  
 que indicta publica expeditione à do-  
 mino vocatus ad eandem expeditionem  
 spatio competenti venire neglexerit,  
 feudum amittit nisi aliū domino pro-  
 se acceptabile miserit, vel dimidium  
 redditus viuis anni domino det. Rubr.  
 de feud. c. Imperiale. Sed quod erit 22  
 spacium competens? Respon. secundum  
 locorum distantiam computabuntur

*vasallo venienti. XX. milliaria pro  
quolibet die. ff. Si quis currat. l. I. Itē*

**23** *quæritur, an posſit domin⁹ expellere  
vasallū de feudo, si male in re feudalī  
verſetur: vel si domino ad egestatem  
deducto, bonis suis perditis expediat  
neceſſario rem feudalē habere? Vide-  
tur quòd ſic. Nam hoc locatori licet  
facere contra conductorē. C. locati. l.*

**24** *Aede. Illud etiam ſciēdum eſt, si vasal-  
lus talem commiſit feloniam, quòd in  
curia in qua boni & graues, ſine ve-  
recūdia ſtare non poſſunt, priuandus  
eſt feudo. Rubr. de clericō, qui inuest.  
fecit. c. clericus. §. Inuitus.*

## QUALITER FEVDVM PER- ditur per Clericationem.

1. *Vasallus clericus uel monachus factus, feu-  
dum amittit.*
2. *Compromiſsum Sacerdotio obueniente, ſola  
uitur.*

3. Monachi & sacerdotes quare feudum perdant?

4. Ingressor usumfructum in rebus alienis post ingressum retinet uiuente domino.

**I**Tem perditur feudum clericatioē,  
scilicet si vasallus est factus sacerdos vel monachus: vel Canonicus regularis, vel sit in sacris ordinib. Rub.  
Si de feudo contentio sit inter dominum & agn. vas. s. Qui clericus efficiatur. Sic soluitur compromissum sacerdotio obueniente: licet de nouo possit in sacerdotem compromitti, sic ergo poterit clero de nouo beneficium indulgeri. ff. de arbit. l. Non distinguemus. §. sacerdotio. Monachi verò qui sunt inhabiles ad seruiēdum feudum, id certè perdunt, quia pro mortuis reputantur. C. de Episc. & cleri. l. deo nobis, in Auth. de nuptijs. §. distrahitur. Ratio est quare prædicti perdūt feudum: Quia quando facti sunt mi-

lites Christi desinunt esse milites secu-  
lares. Rub. de feudo fœminæ. ¶ Ex hoc  
illud. ¶ Rub. de vasallo milite, qui  
arma bellica depositit. Quid autem si  
ingressor ante ingressū habebat pre-  
carium, vel libellū, vel usumfructum  
in rebus alienis, an duret etiam post  
ingressum viuēte illo domino. Respō.  
quòd sic. argu. C. de episc. ¶ cler. l. Si  
quis presbyter. ¶ ff. de donat. inter  
vir. ¶ vx. l. Si mors. I. responso. Resp.  
est, quia in talib. nō exigitur seruitiū  
personale, sed Reale, quod à monasterio  
a què poterit solui. Sed videtur quòd  
et si debent Monachus ingressor, vel  
sacerdos factus seruitium personale,  
quod illud possit præstare per alium  
substitutum similem sibi. argument.  
C. de agentib. in reb. l. vlt. ¶ C. de  
Episcop. ¶ cleric. l. Quisquis. Et si ve-  
lis hanc opinionem sequi in substituto,  
vide

vide illa quæ nota uimus suprà in Rubric. Qui potest dare feudum. §. Item dabit in feudum.

QUALITER PERDAT V.R.  
feudum Inuasione.

1. Vasallus sua authoritate rem feudalem à domino adhuc possessam inuadens, ea priuatur.
2. Vasallus rem feudalem etiam ab alio possessam, inuadere nequit.

**I**tem perditur feudum Inuasione, I  
quæ duobus modis cōmittitur. Primo si domino rem feudalem adhuc teneat, vasallus sua authoritate sine domini, vel Iudicis licentia rem inuadit C. Vnde vi.l. Inuasor: licet ei dominus rem concesserit in feudum, tamen vasallus propria authoritate impbè caput illam. C. de acquir. poss'l. Nec ex vera. ff. eod. tit. l. Si ex stipulatu. Nam tunc ius quod in rem habet, propter suam furoris audaciam perdit.

Quid

*Quid autem si vasallo possidete, alius ingressus est possessione rei feudalis, & vasallus statim cum sciuit regres-  
sus est in possessionem. Respō. nō tene-  
tur inuadere. ff. de vi & vi arm. l. I.  
§. vi possidere.*

**QUALITER PERDITVR**  
**feudum refutatione.**

1. Refutatione quomodo feudum amittatur.
2. Feudum à vasallo refutatū ad agnatos trāsit,  
qui essent successuri.

1 **I**tem perditur refutatione, cum va-  
sallus renunciat feudo. Rub. de va-  
sall. qui cont. const. Loth. & c. c. l. in fi-  
ne. Nemo enim inuitus cogitur habe-  
re beneficium ff. de reg. Iur. l. Inuito.  
2 beneficium. Item sciēdum est, quod si  
vasallus feudum reliquit, illud trāsit  
ad agnatos, qui essent successuri in  
feudo, & filius vasalli ad illud nullo  
modo

*modo aspirabit. Rub. Quando vasall.  
feud.priuatur. &c.*

**QVALITER FEVDVM PER-**  
ditur cessione?

**I**tem perditur cessione honorū: **I**  
ideo ab omni opere quod ratiōe feu-  
di & bonorum sibi incumbebat, libe-  
ratus est cessione bonorum & feudi.  
C. qui bonis cedere possunt. l. In om-  
ni. &c.

**QVALITER FEVDVM PER-**  
ditur alienatione.

1. Feudum alienatione non permisso in casu fa-  
cta, perditur.

2. Quib. casib. licite feudu alienetur remissiuē.

**P**Eruditur feudum alienatione fa-  
cta in casu non permisso. Rub. de  
vasallo, qui cōtra const. Loth. & tunc  
ad dominū reuertetur, vt ibi, & Ru-  
brica de feud. c. Imperiale. Quibus  
autem casibus vasallus alienet licite,  
dictum

dictum est suprà. Quibus mod. feudum alienatur. Si autē aliàs alienat, quām permissum est, perdit illud.

QUALITER PERDITVR FEUDUM præscriptione.

1. Feudum tricennali præscriptione amittitur
2. Contra pupillum in pupillari ætate existentem præscriptio non currit.
3. Ecclesiæ res feudalis. 40. annis præscribitur.
4. Dominus rem feudalem. 30. annis præscribit.
5. Vasallo uendente rem feudalem nullo tempore ea præscribitur: secùs si alio bonæ fidei uen ditore.

**1** **I**Tem perditur feudum præscriptio ne scilicet tricennali quādo feudum est seculare, & alius quām vasallus tanto tempore possedit. Et hoc intel ligatis, quando vasallus est maior **XXV.** annis, tunc longissima præ scriptio currit. Si autē erat pupillus,

non

non currit contra eum in pupillari  
ætate: sed extunc post pupillarem æta-  
te benè currit omnis actio personalis  
contra extraneum possessorem com-  
petens toto tempore tricennali. C. de  
præscript. 30. ann. l. Sicut in rem. Si 3  
autem erat res Ecclesiæ feudalis, tunc  
40. annis præscribitur. C. de sacrofa.  
Eccle. Auth. Quas actiones: & ext.  
de præscript. c. ad aures. Item si domi-  
nus tenuit rem feudalem. 30. annis 4  
quam vasallus non petijt ab eodem, si  
militer præscriptione huiusmodi per-  
dit feudu, per d.l. sicuti in rem. Quid 5  
si extraneus possessor emit bona fide,  
à vendete bona fide, an. 10. annis pos-  
sit præscribere? Videtur quòd sic. C. de  
præsc. 30. ann. Hæc vera sunt si emit  
ab alio bonæ fidei venditore non à va-  
sallo. Nam vasallo vendente, nullius  
temporis præscriptione currente, res  
pote-

poterit vendicare. Rub. de feud. c. Imperiale. §. j. nullius temporis.

QUALITER FEVDVM PER-  
ditur petitione, seu vendicatione.

1. Quomodo feudum uendicatione perdatur?
2. Dominus refeudali euicta, vasallo ad æquale beneficium præstandum tenetur, si denuntiatum sit, ut defenderet.

**I**Tem perditur feudū, si vasallo pertente seu vendicāte rem feudalem, vel ipso possidente aliis vendicaret, & fuerit iudicatum rem esse aduersarij. ff. de Iudicijs. l. Ex diuerso. & ff. de procurat. l. Pomponius. §. fin. Sed an isto casu tenebitur dominus vasallo de euictione? Rubri. si de feudo vasillus ab aliquo interpell. fuer. & do. eū def. vol. Innuit quod si euictus denuntiauit domino ut defenderet, ipse teneatur vasallo ad æquale beneficium præstandum, si tamen ignorans vasal-

*Vassallus de re aliena fuerit inuestitus. Rub. de Inuestitura. de re alfacta. extra de iure patron. c. pasto. & de præb. c. Cum secundum, & argumen. ff. de act. empti. l. Seruus. §. Sciens. C. de euict. l. actore. Si autem non denunciavit domino ut defenderet, non ager. C. eo. l. Emptor. & ff. eod. l. si ideo.*

### QVALITER PERDITVR feudum Captiuitate.

1. Res feudalis in hostium potestatem redacta, feudum esse desinit iure tamen postliminij restituitur.
2. Re extincta, perit feudum.
3. Mutatione rei feudum non extinguitur.
4. Publicatione feudum soluitur sicuti & societas.
5. Negatione feudum amittitur, si ea scienter fiat.
6. Negatione nulla iura amittuntur.

**T**em perditur feudu[m] captiuitate,  
**I**de est, captiuitate perditur feudu[m],  
**I** si res

si res feudalis in hostium potestatem  
deuenerit, tunc quia res efficitur ho-  
stilis, vt. ff. de acquir. rer. dom. l. Adeò  
quidam. in princip. desinit esse feudū,  
sicut desinit usufructus. ff. Quib. mo.  
vſusf. amitt. l. Si ager. iure tamē post-  
liminij restituetur in pristinam cau-  
sam vasallo. argum. dictæ. l. Si ager.  
feudum enim habet postliminium. ff.  
de capt. l. postlim. reu. l. postliminium.

- 2 Re itaq; extincta perit feudū, puta  
si casu perit tota res feudalis vel ali-  
quo modo, ita quod res esse desinat,  
vtputa si castrū, vel ciuitas destruncta,  
vel vt etiam in ea ducatur aratrum,  
tunc extinguitur feudum, sicut vſus-  
fructus. ff. Quib. mod. vſusfruct. amit.  
l. Si vſusfructus ciuitati, vel sires feu-  
dalibus flumine vel mari inundata sit:  
Nam ipsa etiam proprietas eo casu  
amittitur. ff. eod. tit. l. Si ager. Et hoc

verum

verum est, quando tota res feudal is  
perit. Sanè si in parte sit extincta, re-  
manet in reliquo feudum. argument.  
C. de iure Emphyt. l. 1. in fine. Eo ta-  
men casu quo per inundationem, vel  
destructionem castri perijt feudum,  
restituta re in locum pristinum, resti-  
tuitur ius feudale. eod. tit. l. Cum usu-  
fructu. & ff. de ser. rustic. præd. l. Et  
Atilicinus ait. Sed an rei mutatione  
perit, puta domo exusta vel excisa syl-  
ua, vel vineis extirpatis? Videtur  
quod sic. Nam ususfructus sic extin-  
guitur. ff. Quib. modis ususfru. amitt.  
l. Reperi. §. Rei mutatione. Sed puto  
contra: quia plus iuris habet feudata-  
rius qui est dominus saltem utiliter,  
sicut Emphyteuta. ff. si ager. veclig.  
l. 2. §. fin. quam ususfructuarius, qui in  
proprietate nihil habet. ff. de ususfru.  
l. 1. vnde quamvis domus tua exusta

*sit, non tamen perijt dominiū in area.*

- 4 ff. de contrah. empt. l. domum. Item amittitur feudum publicatione facta de omnib. bonis vasalli: sic enim etiā societas soluitur. Quia cùm fiscus in omnibus bonis eius succedit, pro mor tuo habetur ff. pro soc. l. actione. §. publicatione. Vltimo sciendum est, quòd vasallus negatione perdit feudum, fiscienter negauerit esse feudum, & dominus probauerit esse feudū. Rub. de lege Corradi. s. Si fuerit inter dominū. Sic alias per negationē perdit quis ius sibi cōpetēs. C. de nō num. pec. Auth. Cōtra q. ppriā. C. qui pot. in pig. hab. Auth. Itē possessor. ff. de rei vind. l. fin. cū suis similib. Debet ergo sapiēs vasallus dicere potius & respondere, dubito vel nescio, & tunc non perdet. Rub. si de feud. def. cont. sit inter dominū & agn. vas. c. vasal. si feudū. & c.

Quas

QVALITER FEVDO FINITO  
fructus pertineant domino.

## Titulus XI.

1. Maritus uel eius hæres soluto matrimonio fructus percipit pro rata temporis quo matrimonium perseverauit.
2. Fructuarij hæres percipit fructus totius anni.
3. Usufructuarius maturis fructib. nondum perceptis decedes, eos hæredi minime relinquet.
4. Si usus fructus delicto perditur, fructus istius anni ad proprietarium pertinent: secùs si alia de causa.
5. Feudi ad dominum reuertentis fructus ad quem pertineant?
6. Dominus meliorati feudi premium reddere, aut ædificij ablationem permettere cogitur.

**F**Feudo finito post amissionem qualiter fructus feudi pertineant domino, ad quem, & qualiter, & quot non pertineant successoribus vasalli, qui non succedunt, constat, ideo sciendum quid in similibus casibus dicitur,

*tur, ubi fructus à morte diuiduntur.  
Maritus enim vel eius hæres soluto  
matrimonio percipit fructus pro ra-  
ta temporis, quo matrimonii perseue-  
rauit. ff. sol. mat. l. fructus. §. Papinia.*

- 2** *Fructuarij hæres percipit & retinet  
totos fructus illius, anni quo mortuus  
est fructuarius. ff. de vſuf. l. defuncta.  
& argumen. ff. de ann. legat. l. A no-  
bis. Si tamen vſufructuarius maturis  
fructib. nondum perceptis deceſſit hæ-  
redi suo, eos fructus non relinquet. ff.  
eodem. & l. Si in singulos annos. &  
ff. Quib. mod. vſus fruct. amitt. l. Si  
vſufructuarius & ff. sol. mat. l. vſu-  
fructu in dotem. Sed videtur ei, quod  
primo dictum est, contrarium eſſe in  
l. Si operas. ff. de vſuf. ubi dicitur, si  
imperfecto tempore locationis vſu-  
fructus interierit, pro eo tempore quod  
superest, fructus pertinere ad proprie-  
tarium*

tarium, & pro tempore quo durauit  
vſusfructus pertinere vſu fructuariο  
ſeu hæredi ſuo, & ſic pro rata tempo-  
ris pertinent. Solutio. Refert an vſus- 4  
fructus ſit amiffus delicto fructuarij,  
an alia de cauſa, vt in primo caſu obti-  
neat quod dicitur in. d.l. ſi operas. In  
ſecūdo caſu ei⁹ anni, in quo amittitur,  
retineat oīa percepta vel à ſolo ſepara-  
ta & nihil ad proprietariū redeat. ar-  
gu. ff. de an. legat. L. A nobis & Kal.  
Martij vſq; ad d.l. defuncta. Secundū 5  
autem conſtitutiones feudi ſic defini-  
tur. Si vassallus decedit ſine hærede  
mæſculo, & contigerit feudum ad do-  
minum reuerti, ſic diſtinguitur: quòd  
ſi ante Martium deceſſit, omnes fru-  
ctus illius anni ex feudo prouenien-  
tes ad dominum pertinebunt, ſi verò  
poſt Auguſtum, omnes fructus anni  
percipiet dominus. Rubr. Hic finitū

I 4 lex,

lex, deinde consuetudines regni incipiunt. Verū tamen distinctio nobilior  
 6 videtur esse in Summa. Sciēdum est, si vasallus in feudo aliquod ædificiū fecerit, vel ipsum suis similibus meliorauerit, et finiatur feudū, ita ut addominum reuertatur, tunc dominus aut patiatur ædificium auferri, aut premium meliorationis reddat. Rubric. hic fin. lex deinde. &c. §. Si vasallus. Argumentum contra. C. de sacrosan. Eccles. Auth. Qui rem. Sed ibi non rerum dominus de eo quod meliorata est res.

### QVI SVCCEDVNT in feudo.

#### Titulus XII.

1. Ascendentes in feudo non succedunt.
2. Prima causa successionis in feudis est liberosrum quib. uel nepotib. extantib. agnati remouentur.

3. Filij

3. *Filiij in feudo æqualiter succedunt: licet in cæteris bonis inæqualiter sint instituti.*

**S**Equitur videre qui succedunt in feudo: & in primis sciendum est, quod natura successionis feudi talis est, quod ascendentis non succedunt, verbi gratia, pater filio. *Rub. de natura success. feudi. §. 1.* Quod est contra legem: quia turbato ordine mortalitatis non minus parentibus quam liberis pie relinquendi debet. *ff. de Inof. test. l.*

Nam et si parentib. Mortuo ergo vasallo qui beneficium tenebat, prima causa est liberorum. Ac filijs extantibus masculis vel ex filijs nepotibus, vel deinceps per maculinum sexum descendantibus, cæteri remouentur agnati. Qui filij succedent æqualiter in feudo, etiam si in alijs bonis patris essent ex disparibus instituti secundū quosdam. *ar. ff. de oper. libert. l.* Ut nu-

I 5      merus

*merus. Ad filias verò seu nepotes & neptes, pronepotes vel proneptes ex filia, successio feudi nō pertinet. Rub. de successione frat. vel grad. succed. in feudo. in princip.*

QUALITER QVI SVCCE-  
dunt in feudo necesse habent  
petere inuestituram.

Titulus XIII.

1. *Vassallus nō tantum à principali domino, sed & ab eius mortui hærede inuestituram petere cogitur.*
2. *Sicuti feudum successione, sic etiam inuestitura acquiritur.*
3. *Inuestitura quid sit.*
4. *Inuestitura à domino facta, & iuramento præstito: vassallus in possessionem mittendus.*
5. *Dominus prætermissa condemnatione de interesse, ad traditionem possessionis de qua inuestituram fecit præcisè tenetur: nisi dolo desist possidere.*
6. *Inuestituræ descriptio.*
7. *Quasi inuestitura quid sit?*
8. *Per annum & diem rem domino sciente, & seruia-*

*seruitia eius recipiente tenens, inuestitus præsumitur.*

9. *Omnis modus per quem possessio transfertur, pro inuestitura habetur.*

10. *Dominus uasallo, uel procuratori suo inuestitam facere potest: sed inuestitam tamen per se ipsum explicare tenetur, si potest.*

11. *Persona recipientis inuestitam non distinguitur.*

12. *Inuestitura ueteris feudi etiam à minore fieri potest, secùs feudi noui.*

13. *Inuestiture nouæ probatio quomodo facienda si dominus sit laicus?*

14. *Si dominus sit clericus ad inuestiture probationem etiam extranei admittuntur.*

15. *Laicus si facit inuestitam de feudo nouo pares curiæ si absunt, expectandi erunt.*

16. *Inuestitura facta ab eo, qui pares non habet, quilibet idonei testes admittuntur.*

17. *Ad probationem inuestiture feudi ueteris, omnes boni uiri admittuntur.*

18. *Vasallus si per annum domino sciente possidet feudum de quo ipsum dominus inuestitum negat, iuramento probare potest, uel se uel patrem inuestitum de eo fuisse.*

19. *Si dominus possidet uasallo in probatione deficiente, dominus nullo prestito iuramento absolu-*

- Soluitur: nisi aliqua præsumptio sit pro uasallo.*
20. *Feudi antiqui inuestituræ probatio potest fieri uel per pares Curiæ uel alios idoneos.*
21. *Sufficit pares curiæ fuisse pares tempore Inuestituræ.*
22. *Qui de pignore se inuestitum dicit, in triginta annos se posse diisse citra cōtestationem domini iuret, cum duodecim sacramentalibus filius defuncti domini cum inuestire non tenetur.*

**V**Idimus de successione feudi, sed quia qui succedunt in feudum, necesse habent petere inuestituram à domino infra annum & diem, alioquin si infra diem & annum petere neglexerint beneficio feudi carebūt. ut in Rub. Quo tempore miles inuest. pet. deb. Et licet ipsem̄et principalis vasallus habet petere illud à domino, idem tamen erit faciendum ab hærede, domino iam defuncto. ut eod. Et quia hæredes magis ignorāt, quā antecessores quæ fuerunt facienda,

*vt ma-*

ut magis instruantur hæredes, qui iusta causam ignoratiæ habet. ff. de reg. Iur. ideo post tractatum de successione subijcimus Rubricam de inuestitura. Vel sic. Quia sicuti feudum acquiritur successioe, ita acquiritur etiam inuestitura. Rubri. de feud. cog. §. Sciendum & Rubri. de gradib. successio num. Ideo post tractatū de successione videamus de inuestitura. Ideo videndum quid sit Inuestitura. Inuestitura est concessio fictæ possessionis, facta per iudicium alicuius rei corporalis, puta baculi vel annuli porrecti vasallo aut alij eo animo assumenti. Ordo igitur talis seruatur, ut domino concedente feudum fiat inuestitura, qua facta vasallus præstat fidelitatem sacramēto, vel verbo promittit, quando eo ipso acquisitum est feudū, ut non iuretur, deinde dominus mit-

tat vasallum in vacuam possessionem  
Rei feudalis, quod si differat dominus,  
utilitatem ei præstabit, ut Rub. de nō  
form. fidel. §. fin. & Rub. per quos fiat  
inuestitura. §. Nulla autem, in fine.

5 Sed an dominus liberetur à facienda  
traditione possessionis volēdo præsta  
re interesse? sic videtur. argumen. ff.  
de actione empti. l. 1. & C. eod. titul.  
l. Si traditio. Econtra videtur domi  
num teneri præcisè ad tradendum,  
Inst. de donat. §. perficiuntur. Ibi  
necessitatem traditionis, & argum.  
C. de contrah. empt. l. vlt. Et fecit illud  
Aliud pro alio inuito creditori solui  
non potest. ff. Si cert. pet. l. 2. §. 2. Ne  
mo enim retinere potest, quod vendi  
dit vel concessit. 1. q. 1. c. Qui studet.  
Dicatis ad hoc, prætermissa condem  
natione de interesse dominum posses  
sionem de qua inuestituram fecit, tra  
dere

dere compellendum. Rubri. Si de feu.  
cont. sit inter dom. & ag. vas. s. Si fa-  
cta de feudo inuestitura. Tunc demū  
præstādo interesse liberatur, quando  
sine dolo amisit possessionem. argum.  
ff. de act. empti. l. si quis seruum. &  
argument. de no. fer. fideli. s. fin. Inue- 6  
stitura ergo fit ut sup. tetigimus, quā-  
do dominus tenens in manu sua bacu-  
lum vel annulū, vel biretum vel quid  
aliud corporale illud tradit in manus  
vasalli, dicens: Inuestio te tali feudo  
tibi concessō à me vel antecessoribus  
meis, de huiusmodi forma inuestituræ  
habetur extra de his quæ fi. à præl. si-  
ne cons. cap. c. ex ore. ext. de conces.  
præb. vel eccl. non vac. c. proposuit,  
& de re iud. c. cùm olim. Est quasi in- 7  
uestitura quando dominus dixit va-  
sallo coram paribus Curiæ, Vade &  
intra in possessionem talis feudi &  
habeas

8 habeas res in feudum, perinde habetur, ac si in uestitura fieret, si possessio nem accepit siue intravit. Rubri. de feud. cog. c. fin. Idem est si aliquis rem nomine feudi per annum & diem tenuit domino sciente & seruitum eius quasi a vasallo recipiente. Nam prae sumitur uestitus de acquir. poss. l. Minus instructus Et licet non probet uestitutam factam esse, obtinebit tamen praestito sacramento quod fuit uestitus: nisi inducatur aliud contrarium. Rubri. de consue. recti feudi in princip. Item potest haberi pro uestitura omnis ille modus per quem diximus possessionem transferri, ut notauiimus supradictis quibus modis  
9 feud. constit. Et de hac materia vide Rubr. Quid sit uestitura, cum titulis seq. usq; ad. Rubr. Qualiter olim poter. feudum alien. In uestitutam fecit

cit dominus vasallo vel procuratori 10  
suo. ext. de præb. c. accedens. Rubric.  
per quos fiat inuestitura. & personam.  
Sed an dominus potest facere inuesti-  
turam per alium? Videtur quod non,  
sed per se ipsum facere debet. argum.  
C. de iure Emphyt. l. vlti. Vel si non  
poterit, faciat per depositionem coram  
Curia vel coram paribus Curiae, id est,  
qualemcunq; scripturam, qua ostendit  
vasallum inuestitum esse, & feudū  
suscipere vel per attestacionem, id est,  
scripturam coram testibus cōfectam,  
ut argumen. eiusdem legis. Econtra,  
quod possit per procuratorem inuesti-  
re, argumen. ff. de don. l. Absenti. &  
dicitur in præallegato titul. Per quos  
fiat inuestitura. & personā verò. vers.  
Sed utrum. Item potest fieri cuilibet, 11  
cui dominus vult facere inuestitu-  
ram. Non enim distinguitur persona

K acci-

acciōētis. Ru. per quos fiat inuesti. s. personā verò. Excipiatis tamē hæreticum, apostatā & alias personas, de quib. notaui sup. Quib. personis potest dari. s. Sed an domini. Deinde in do-

mino faciēte inuestiturā distinguitur an sit feudū vetus an nouū. Si est ve-tus, potest fieri inuestitura à domino maiore & etiā minore: si sit nouū, nō potest fieri à minore. Quia non habet rerū suarū administrationē. Nā qui prohibetur alienare, vt ff. de reb. eorū, qui sub tut. L. j. feudū dare nō potest, nec inuestiturā facere. Rub. Per quos

13 fiat inuesti. s. Noui verò. Sequitur vi-dere qualiter probetur inuestitū, & circa hunc articulū taliter distingua-tis. Qualiter probetur inuestitura. Aut agitur de noua inuestitura, aut de veteri. Si de noua, aut dominus ha-bet pares vasallos, aut nō. Itē aut per breue

breue testatum potest probare vasallus aut non. Itē aut possidet vasallus, aut dominus. Item aut est clericus dominus aut laicus. Item aut compellit dominus pares Curiæ dicere veritatem aut non. Item aut vasallus habet aliud feudum à domino aut non. Ad prius:noua inuestitura debet probari per confessionem domini , vel per testes, scilicet pares Curiæ , si eos habet dominus , vel per breue testatum ab ipsis paribus Curiæ , scilicet duobus vel tribus confirmatum ad hoc , quando dominus possidet rem feudalem , & vasallus petendo feendum, se asserit inuestitum. Sed secundum Mediolanenses etiam si breue sit ab alijs testibus confirmatum sufficit ad probationem : dummodo sit publicum. Et hoc intelligatis & seruetis si dominus est Laicus. Si au-

- 14 tem sit clericus, tunc indistinctè etiam extranei admittuntur ad probandum inuestitoram: quoniam ipsi clerici plerunque talia faciunt in occulto. Prælibata autem quæ dicta sunt, quando dominus est Laicus seruetis, scilicet quando dominus habet pares vasallos, qui licet non sint præsentes, tamen expectandi sunt donec adsint quando debet fieri noua inuestitura: alias non posset per alios testes probari, nisi in casu scilicet quando dominus pares non compellit iurare, & dicere veritatem. Nam tunc etiam per extraneos testes probatur inuestitura. Si autem inuestitura dicatur facta ab eo, qui non habet alios vasallos, tunc per quoslibet idoneos testes aut per publicum instrumentum probari potest, vel in opia probationum emergente, per ius iurando.

randum poterit res decidi. Si verò 17  
 de veteri feudo quæratur, tunc om-  
 nes boni viri admittuntur ad testifi-  
 candum. Hæc distinctio colligitur.  
 Rubri. Quid sit inuestitura. s. Si au-  
 tem inuestitura, & Rubri. si de feud.  
 def. cont. sit inter dom. & ag. vasal.  
 in princip. & Rubric. Qui testes sunt  
 necess. tot. titu. Vbi autem vasallus 18  
 possidet feudum de quo negat domi-  
 nus eum inuestitum, si vasallus posse-  
 dit feudum per vnum annum domi-  
 no sciente & non contradicēte, tunc  
 sine vlla testium probatiōe potest iu-  
 rare vasallus, se vel patrem suum,  
 vel alium pro se inuestitum fuisse à  
 dicto domino, & eius stabitur iura-  
 mento. Alioquin parui temporis ne-  
 gligentia, vel iusta ignorantia domi-  
 no non nocebit, si iurauerit inuesti-  
 tum non fuisse, quando noua est, &

domino iuranti credetur vasallo aliquid non probante, haec omnia habetis in Rubric. utraque, de cont.inter. dom. & vasallum de inuestitura feud. & Rubric. Qui testes sunt necess. ad

19 prob. non inuest. Si verò possidet dominus vasallo in probatione deficiente, dominus qui conuenitur, nullo etiam sacramento praestito absoluetur, eodem titu. de content. inter dom. & fidelem. de inuest. feudi, & C. de edend. L. Qui accusare. Nisi aliqua presumptio sit pro vasallo, ut quia probat per unum testim., vel quia habebat ab eodem domino alias res in feudum, tunc iudex habita consideratione, pro personarum qualitate, & cause quantitate defert cui voluerit sacramentum. eod. c. & argument. ff. de iure iur. L. Admonen-

20 di. Item sciendum ubi feudum antiquum

quum esse proponitur, puta à patre domini vel auo vel proavo datum, & inuestituram factam ab illis, tunc vasallus, qui petit feudum, poterit probare inuestituram per duos pares de domo domini, vel per alios idoneos testes. Quo non probante, dominus possidens vel iurabit cum duodecim sacramentalibus non fuisse factam inuestituram, & sic absoluetur. Vel eo nolēte iurare, iurabit vasallus cum duodecim sacramentalibus, se vel patrem suum inuestitum fuisse ab antecessoribus domini possessoris, & tunc ei dominus condemnetur. c. Si de inuestitura inter dominum & vasallis oriatur. Si quis se vel patrem suum. Et sic est differentia in probatione feudi antiqui & noui, ut ex superioribus est notatum. Item notandum, quod ubique requiritur per

21

K 4 pares

pares Curiæ quid esse probandum,  
sufficit illos fuisse pares tempore in-  
uestitur&:licet postea tempore feren-  
di testimonij desierint esse pares. Ruz  
br.de frat.de nou.benef.inuest.c.si in-

22 ter dominum. In summa sciendum,  
quod si quis tenuit lōgo tempore rem  
sibi à defuncto obligatam, quam præ-  
tendit & dicit eam in feudum con-  
cessam, domino postea hoc negante  
scilicet fore feudum, debet possessor  
cum duodecim sacramentalibus iura-  
re ita esse, vel per triginta annos te-  
nuisse, nulla contestatione pignoris à  
parte domini sibi facta. Alias eo iu-  
rare nolente, filius defuncti domini  
iurabit cum duodecim sacramentali-  
bus, defunctum militem inde per feu-  
dum inuestitum non fuisse. Rubric.  
de feud.dato in vicem legis commisso-  
riæ.c.Quidam obligauerat.

Quo

## QVO IVRE PETITVR

feudum. Titulus XIII.

1. Dominus contra vasallum uel extraneum possessorem experturus rei uindicatione aget.
2. Qualiter dominium acquiratur Remissio.
3. Vasallus contra extraneum possessorem agit utili actione in rem.
4. Vasalli domino absente, transactionem sine fraude factam, dominus irritare non potest.
5. Vasalli utilis, domini directæ præfertur, utrisq; concurrentib.
6. Traditione dominium acquiritur.
7. Vasallus siue sit uniuersalis, siue singularis successor, successione acquirit feudum.
8. Vasallus sine traditione, sola inuestitura fit dominus.
9. Vasallus contra dominum nulla inuestitura uel traditione possessionis facta, qualiter agat?
10. Feudo finito uel amitto dominus id uendicare potest, uel rei uendicatione uel publiciana in rem.
11. Concessio feudi facta domino ad probacionem dominij non sufficit.
12. Dominus expellendo vasallum non præstans seruitia, non tenetur ad pœnam quam promisit, si expelleret.

**S**equitur videre quo iure petitur  
feudum. Et super hoc distinguendu-  
m est: Aut dominus petit rem feu-  
dalē ab extraneo possessore, aut pe-  
tit à vasallo. Aut vasallus petit vel à  
domino vel extraneo possessore, aut  
simul uterq; concurrit ad petendum:  
ita ut vasallus petat à domino sibi feu-  
dum restitui, cuius nactus est posse-  
sionem, aut non tradita possessio, aut  
etiam dominus forsitan finito feudo,  
vel amisso petit sibi rem restitui à va-  
sallo.

**I**Cum autem dominus contra va-  
sallum vel extraneum possessorem  
agit, rei vendicatione experietur si  
erat directo dominus. ff. de rei vend.  
l.i. & l. Si in rem: alioquin agetur pu-  
blicana. ff. de public. l.i. Nec poterit  
possessor replicare domino, quod alij  
concesserit rem in feudum olim: quia  
nihilominus dominus erat adhuc vt  
dixi-

diximus, non secūs ac si dominus con-  
cesserit Emphyteutæ. ff. si ager ve-  
ctigal. l. i. s. vlti. Et ideo vendicabit  
feudum, veletiam eo finito. C. de iure  
Emphyt. l. vlti. Qualiter verò acqui-  
ratur dominium & probetur, quia  
longum esset scribere, omittetur, id  
quæratis in summa domini M. vbi ple-  
nè notatum est de rei vend. per totū.

2

3

Vbi verò vasallus agit contra extra-  
neum possessorem, agit vtili actione  
in rem. Quia per concessionem in feu-  
dum & inuestiturā, & traditionem  
possessionis efficitur vtiliter domi-  
nus, & ideo vtili actione vendicabit  
in lib. feud. de vasall. qui contra con-  
stit. Loth. benef. al. alias de cōtrouer-  
sia inter vasallum & alium de bene-  
ficio. &c. in princip. Sic est de Em-  
phyteuta. ff. si ager vectigal. l. 2. Idem  
est in superficiario. ff. de rei vindica-

l. Su-

1. Superficiario. & ff. de superficie. l. 1. s.  
Quod ait prætor. Et ideo dicitur tan-  
quam dominus vasallus. Rubri. de in-  
uestitura de re al. facta. s. Rei autem.

4. Ipsò etiam domino absente defendit,  
& authoritate propria ipse trāsigit,  
& quod nomine transactionis acci-  
pit, suum facit: nec potest dominus ir-  
ritare iudicium vel transactionem  
per vasallum factam: dum tamen fa-  
cta sit sine fraude. Rubri. si de feud.  
def. content. sit inter dom. & ag. va-  
salli. s. Si vasallus, & de controuers.  
inter vasall. & al. de benef. in prin-  
cip.

5. Si autem simul concurrerent do-  
minus & vasallus vendicando ab ex-  
traneo possessore, dominus directa,  
vasallus utili actione experietur: ac  
utulis actio vasalli directæ domini  
præfertur. Nam etiam aduersus ip-  
sum dominū agēs, utili vincit eum ff.  
Si

Si ager vectigal. vel Emphyt. l. 1. 5.  
vlt. & quod dicitur in l. 2. Idem de  
vasallo si seruitium facit. Et hoc ser-  
uetis si agat vasallus contra dominū  
vindicādo ab ipso feudum vtili actio-  
ne. Si autem ageret, & vendicaret  
ab extraneo possessore, tunc siue uti-  
liter seruitium fecerit domino, vel nō  
fecerit, secūs est. Quantum enim ad  
possidentem vasallum attinet, potior  
ipso erit: nec potest possidens iuster-  
ti allegare. argumen. ff. si ser. vind.  
l. Loci. 5. Competit. de suo enim iure  
non de alieno quenquam agere, & ex-  
cipere oportet ff. si usus. pet. l. vti  
frui. Et hanc actionem vtilem effica-  
citer intentat vasallus, siue contra  
extraneos, siue cōtra dominum, quā  
do traditione possessionis factus est  
dominus. Sic enim traditione acqui-  
ritur dominium. C. de pact. l. Tradi-  
tionib. 6

tionib. C. de act. empti l. Seruum, vel  
quando successioe quæsivit, puta quia  
succedit vasallo, cui possessio tradita  
erat antè. Successor ergo etiam an-  
tequam accipiat possessionem corpo-  
ralem rei, dominus efficitur, ut ff. de  
rei vindic. si ager. Siue sit successor  
vniuersalis, ut habes ff. de acquiren.  
poss. l. Cum hæredes, siue legatarius,  
in quem recta via transit dominium.  
ff. de furt. l. à Titio. Subaudi post adi-  
tam hæreditatem ab hærede. ff. de  
leg. i. L. Si tibi homo. s. ij. Illud est  
quod dicitur acquiri successione, Ru-  
8 bric. de feud. cog. c. sciendum. Hinc  
iam queritur, an feudum queratur  
non successione tantum, sed & suc-  
cessione inter viuos? dicunt quidam  
sine traditione possessionis per solam  
investituram vasallum fieri etiam  
dominum posse feudi, ac ab omni  
persona

persona posse vindicari. Et pro eis  
facit Rubric. de Inuestit. de re al. fa-  
cta. s. Rei autem. Vbi autem vasallus 9  
agit contra dominum nulla inuesti-  
tura vel possessione secuta, sed peten-  
do dominum, vt scilicet det vel tra-  
dat sibi feudum promissum: tunc di-  
catis, quo iure & qualiter agendum  
sit, vt plenè notaui suprà, Quib. mod.  
constituatur feudum. s. Item quæri-  
tur cum nudo, & cæ. Cùm autem feu- 10  
dum finitum est vel amissum eo casu,  
quo ad dominum reddit, potest domi-  
nus vendicare à vasallo, sicut à quoli-  
bet alio, etiam si non probaret directè  
se dominum vel de iure Ciiali per rei  
vindicationem, vel de iure prætorio  
per publicianam. Licet in ea domi-  
nus succumbet secundum Ioh. & Azo  
nem. Nec enim sufficit domino ad 11  
probationem dominij concessio feudi  
facta

facta si poste à de dominio contendit.

C. de liberali caus. l. ad probationem,

& C. Locati. l. ad probationē. Tutiū

12 itaq; & consultiū faciet dominus si

sua autoritate expellat vasallum de

feudo, si non seruit ei, ut conuenit. C.

de iure Emphyt. l. 2. nec tenebitur ad

pœnam, quam promisit si expelleret.

Inest enim conditio, si seruatur vel

præstetur seruitum. ff. Locati. L.

Quæro. §. Inter. vel si fuerit actum in

concessione feudi, ut eo finito redda-

tur domino, sicut plerunque fieri con-

suevit. ag. ex stipulatu, si stipulatio in-

tercessit, vel ex pacto vestito cohæ-

rentia contractus feudi, quando in-

continenti fuit pactum factum. C. de

pact. L. petens. Vel præscriptis ver-

bis, quando res certa lege seu portio-

ne, ut reddatur, data fuit. C. de rer.

permut. L. Rebus. & L. Ea lege, vel

vili

*vtili condicione ex L. argumento. C.  
Locati. l. Sed si quis locatiois, secun-  
dum quosdam, vel actione in factum.  
C. de sacros. Eccles. l. Sancimus.*

QVIS SIT IVDEX IN CAV-  
sa feudi. Titulus XV.

1. Parum est esse ius in ciuitate, nisi sint qui iu-  
rareddere possint.
2. Si duo insolidum se dominos esse dicant, Or-  
dinarius possessionis causam cognoscit.
3. Duob. uasallis contendentibus, ac se ab eo-  
dem domino habere contendentib. feudi dominus  
est iudex utriusq;.
4. Vasallis dicentibus sibi à diuersis dominis  
datum esse feendum, iudex ordinarius cognoscet.
5. Fallit, si sit quæstio de possessione recuperan-  
da. Nam tunc illa, uel coram domino, uel coram  
Iudice loci, ubi possessio est constituta, determi-  
nari potest.
6. Cum inter uassallum & dominum feudi que-  
stio est, ea per pares Curiae determinatur.
7. Dominus pares prius eligit, postea uassallus.
8. Si dominus non habet pares: Ordinarius co-  
gnoscit.
9. Si contentio sit inter dominum, dicentem es-

L      sc no-

senouum feudum, & agnatos uasalli dicentes esse allodium, Ordinarius cognoscit.

10. Si dominus uasallum de quadam re inuestitum, uasallum esse negat alterius rei, cognitio est pariū Curie, si de nulla re uero is inuestitus sit, prius cognoscitur de iure feudi.

11. Quando dominus uasallum prorsus esse negat, Iudex Ordinarius cognoscit.

12. Vasallus possessorio agens cōtra dominum, uel coram Ordinario, uel coram paribus Curie experiri potest.

13. Iuramentum calumniæ uasallus cum domino litigans exigere nequit.

14. Lite inter extraneum non uasallum, & uasallum orta, tunc siue extraneus possideat, siue agat, iudex erit Ordinarius possessoris.

15. Dominus aduersarij ut suspectus recusari potest.

16. In regno Hierusalem non est alius Iudex, nisi rex, uel eius officiarij.

17. Possessores coram suo Ordinario respondebunt.

18. Si iudex secularis negligens sit in exhibenda iustitia, tunc in defectum succedit Iudex Ecclesie.

19. Ecclesiæ fauore introductum est, ut malefactores sub quo malit iudice conuenire queat.

20. Lis

20. Licet iudici Ecclesiastico constet remesse Ecclesiae agentis petitorio iudicio, non tamen propterea Laicus ei respondere compellitur.
21. Iudices quantumuis Ecclesiae sint debitores, non tamen iniustitiam alteri facere debent.
22. Boni iudices nunquam suæ uoluntati obtemperant, uel utilitati obsequuntur.
23. Qui quærerit usurpare quod suum non est, perdere debet quod sibi competere uidebatur.
24. Iudices Ecclesiae male pronunciantes contra Laicos, teneatur ad Interesse.
25. Si controuersia fit inter Capitaneos, illa coram Principe terminetur: si inter ualuasores coram paribus curiæ.
26. Controuersia super beneficio Regali, coram Rege deciditur: si autem inter duos controuersia sit, quorum uterq; suum proprium feudum esse dicit, coram arbitro finitur.
27. Vasallo ignorantis sibi feudum alienū concedi, dominus & qui ualēs feudū tradere obligatur.
28. Sententia per pares iniuste lata, miles per sex hebdomadas in possessione remanet, & causam ad curiam Imperatoris uel Regis defert.
29. Forma contractus feudalis.

**V**Idimus quo iure petitur feudū,  
sed quia parum est, esse ius in ci-  
L . 2 uita-

uitate, nisi sint qui iura reddere pos-  
sint, vt. ff. de orig. Iur. L. I. §. post ori-  
ginem: Ideo sequitur Rubri. Qui sint  
Iudices in causa feudal, & vbi cau-  
sa agatur. Vnde ad pleniorum noti-  
tiam distinguatis: Aut agitur inter  
duos causa, quorum quilibet asserit  
se habere feudum insolidū ab eodem  
domino, aut à diuersis: Aut agitur  
causa inter dominum & vasallum.

2 Vbi agitur causa inter duos, quorum  
quilibet insolidum se esse dominum  
dicit, tunc Iudex ordinarius posses-  
sionis causam cognoscet. Quia actōr  
sequitur formu.rei. C. vbi in rem.act.  
ex.deb.l. Auctōr. & C. de Iurisd.om.

3 iud.l.Iuris ordinem. Si autem agitur  
inter duos vasallos, dicentes se ab eo-  
dem domino insolidum habere, ac se  
fore alio potiorem, tunc dominus feu-  
di Iudex est vtriusq;: vt in lib. feud.c.

Impe-

Imperiale. §. præterea si inter duos,  
 & hoc casu loquitur decretalis ext.  
 de Iudicijs. c. Nouit. Et domino, vel  
 curia domini vocate ipsos ad iudicium,  
 nemini ipsorum licebit declinare eius  
 examen. Rub. de frat. de nou. benef. in-  
 uest. §. Illud. Et volentem respondere  
 dominus constringet, & puniet illegi-  
 timè recusantem. ext. de for. cōpe. c. ex-  
 traneus. &c. Numer. Si vero à diuer-  
 sis dominis dicit quilibet sibi datum,  
 tunc non dominus possessiois, sed Iudex  
 ordinarius cognoscet, secundum regulam.  
 Actor semper forū rei sequitur. ex-  
 tra de for. compet. c. cùm sit generale.  
 Prædicto tamen casu quando uterque  
 se ab eodem domino habere fatetur,  
 si est questio de possessione recupe-  
 randam, potest actor conuenire in uadē-  
 tem vel coram domino, vel coram Iu-  
 dice loci, ubi possessio est constituta. C.

L 3 ubi

- 6 *Vbi de possess.agi oport.l.1. Cùm verò agitur inter dominum & vasallum, tunc per pares curiæ à domino sub fidelitatis iuramento coniuratos feudi quæstio terminetur.* Rubri. de feud.
- 7 *c. Imperiale. s. prætereà si inter. Qui pares curiæ communi concordia elegantur, et si discordauerint, dominus priùs eliget quos volet, & postea vasallus: si tamen à domino sunt comprabati. Non tamen est eligendus pro pari, qui fidelitatem domino non iurat.* Rubri. de controuers. feud. apud. pares termin. s. Et si quidem. Quod si non sunt pares in curia, quia dominus non habet alios vasallos, vel si longo tempore vel loco sunt absentes, tunc Iudex ordinarius loci cognoscet, nō dominus: Quia in sua propria causa quis non potest esse Iudex. C. Ne quis in sua caus. Iudex sit.l.1. & ff. de Iud. l. Si

Sil longius. Idem est, si contentio sit in  
ter dominum, dicentem nouum esse  
feudum, & agnatos vasalli, dicentes  
esse allodium, seu antiquum feudum,  
& in eo se succedere: tunc ordinarius  
erit Iudex, non dominus, neq; pares  
Curiæ: Nā eo ipso quòd dominus ne-  
gat eos succedere, per consequens ne-  
gate eos habere pares: & in isto casu  
interim in possessionem reducentur  
filij per agnatos vasalli, & deficienti-  
bus hinc inde probationib. statim iu-  
ramento filiorum seu agnatorum res-  
dirimetur. Rub. Si de feudo defuncti  
contentio sit in princip. Sed si vasal-  
lus possidet feudum, & dominus ne-  
gat ipsum habere feudum, refert, an  
dominus confiteatur eum vasallum,  
sed de alia re, an neget indistinctè  
eum vasallum. Si de alia re, tunc co-  
gnitio est parium curiæ, cuius causa

habita præsumptione pro ipso, quod  
aliás est domini vasallus, priùs inue-  
stietur, quā ad alia procedatur. Rub.  
de controuersi. inter Episcopum &  
vasallum. §. fin. Si autem non habet  
aliam rem, priùs cognoscitur de iure  
feudi, quām inuestiatur. Rub. de alie-  
nat. feudi paterni. §. Si inter dominū

- II & vasallum. Cæterū quando pror-  
sus negat eum esse vasallum, tunc Iu-  
dex ordinarius loci erit Iudex. Quòd  
si vasallus agit possessorio, se à domi-  
no feudo spoliatum esse dicens, tunc  
poterit vasallus coram quo velit Iudi-  
ce litigare, vel coram ordinario, vel  
coram paribus curiæ. Itaq; si domi-  
nus facere iustitiam nolit coram Iu-  
dice ordinario, vel coram curia, poten-  
tit vasallus secundum Iura feudalia  
extunc dominum deprædar. Rubri.  
de milite vas. qui contumax est. §. fin.

Illud

Illud autem sciendum est, quod vasal  
 lis litigando cum domino, non exi-  
 get ab eo calumniæ Iuramentum si  
 agat. quod etiam à parte domini est  
 intelligendum, ut quod in alterius  
 persona voluit, hoc & in se ipso fieri  
 patiatur. Rub. de consue. recti feudi.  
 ¶ In quibus etiam. &c. Sicut filius nō  
 exigit à patre iuramentum calum-  
 niæ, nec libertus à patrono. ff. de Iure-  
 iur. l. Iusurandum. s. Qui iusurandū.  
 & l. patronus. Cùm autem inter ex- 14  
 traneum non vasallum, & vasallum  
 lis oritur de feudo, tunc siue extra-  
 neus possideat, siue agat, erit Iudex  
 ordinarius possessoris: vt. 2. q. I. c. Ex  
 perientiæ, & ext. de for. compe. c. Cùm  
 sit non dominus: quia esse Iudex nō  
 potest in re sua litigatore extraneo  
 recusante. C. ne quis in sua caus. Iu-  
 dex sit. l. I. Sic extra de ludi. c. Nouit.

Et ideo puto errare aduocatos qui ad declinādum forum Ecclesiæ, allegāt milites possessores esse feudatarios, & rem habere in feudum à rege, coram quo paratos se offerunt responderē: siquidem propter hoc non tene-  
tur actor agere coram domino feudi ratione predicta. Quia in illa sua cau-  
sa non debet esse Iudex: verisimile enim est quod dominus feudi iudica-  
ret potius esse rem suam, quā actoris iure proprij domini vindicantis: ut d.  
l.C. Ne quis in sua causa iudex sit.l.i.  
15 in fine. & ff. de Iurisd. om. iud.l. Qui iurisdictioni. Itē meritō ut suspectus poterit recusari: quia est dominus ad- uersarij: ext.de off. deleg. c. causam, quæ, & c. insinuante. Item per hanc exceptionem non declinatur iudiciū Ecclesiæ, sed potius se subiiciūt, id est astringunt iurisdictioni Ecclesiæ ap-  
tissi.

tissima ratione, videlicet quod in re-  
gno Hierusalē nō est alius iudex secu  
laris, nisi rex vel eius officiarij, qui ta  
mē nō possunt esse iudices ut in perso  
na sua, tamen ut dictū est, deficiente  
iudice seculari necessario, Ecclesia iu  
dex erit. ita fuit haec tenus iustē cōtra  
milites iudicatū ppter imperitiā ad  
uocati, quod scilicet nō debeat coram  
iudice Ecclesiast. respōdere: ad quod  
facit ext. de foro cōpe. c. Licet. ibi hoc  
præsertim tempore, quo vacāte impe  
rio ad iudicem secularē recurrere  
nequeunt, &c. ex tenore ibi, dūmodo  
per iudicē secularē suā possit iustitiā  
obtinere. &c. Cōsultiūs ergo facient 17  
possessores si cōuenti simpliciter asse  
rāt se possidere, offerātq; se paratos co  
rā ordinario suo respondere. Quo casu  
actor quicūq;, siue cleric. siue Lai  
cus, debebit reū corā suo iudice cōue  
nire

- nire seruata regula, Actōr sequitur  
forum rei. C. vbi in rem act. exerceri  
deb. l. 2. ff. de iudicijs. l. H̄eres absens.  
¶ in prin. ¶ fin. ¶ in Auth. vt cler.  
18 apud prop. Episc. con. in Rub. Si verò  
iudex secularis esset in exhibenda iu-  
stitia negligēs vel remissus, tūc ut di-  
ximus in defectū Iudicis secularis suc-  
cedet Iudex Ecclesiae in iustitia exhi-  
bēda: vt d. c. ex tenore de for. cōp. pos-  
set tamē iudex secularis cōpellī per cē-  
surā Ecclesiasticā iustitiā exhibere.  
19 23. q. 5. c. administratores. Itē quando  
Ecclesia dicit se spoliatā eius fauore  
introductum est, vt malefactores suos  
venerabilium locorū rectores possint,  
sub quo maluerint iudice, conuenire.  
ext. de for. cōpe. c. cū sit generale. Nec  
20 opinio illorū, qui dicunt, si cōstet sum-  
mariē Iudici Ecclesiast. rem Ecclesiae  
agentis petitorio iudicio, puta instru-  
men-

mento producto vel aliqua semiplena  
probatione, quod per hoc laicus copel  
latur in iuditio Ecclesiæ respondere:  
quia non est iste casus, in quo summarie  
sit querendū, nec unquam inuenietis in-  
ter casus sumarios computatū, nec etiam  
in tractatu nostro, quem super summa-  
ria cognitione duximus destinādum,  
vnde ultra legem, vel contra legem non  
oportet queri vel accusari. argu. ff. de  
loc. publi. fru. l. 1. §. fin. Et prætoris fa-  
ctum iuri derogare non debet. ff. de  
fer. L. 1. Et quantumcunque iudices 21  
Ecclesiæ in iustitia sint debitores, non  
tamen iniustitiam alij facere debent  
ext. de for. compet. c. ex tenore. Pec-  
cāt ergo tales iudices, qui debent om-  
nia secundum leges & ius agere; in  
Auth. de defens. ciuitatum. §. interim  
C. de Episcop. aud. Auth. præsides. Et  
quamvis iudicibus Ecclesiæ placeat  
sic

sic iudicare forsan pro vtilitate & fa-  
uore clericorum, vt ita dilatent offi-

22 cium suum tamen boni iudices nun-  
quā volūtati suæ obtemperāt, vel vti-  
litati obsequuntur, sed quod legū est,  
tenere & seruare debent. 3.q.7.c.vi-  
delicet ille. §. fin. Item per hoc turba-  
tur officiū, & debitum iudicibus se-  
cularibus ipsi subtrahūt, quod est op  
probrium clericis talia facientibus.  
C.de Episc. & cle.l.Repetita. Et ideo

23 qui quærit usurpare quod suū nō est,  
perdere debet quod sibi competere vi-  
debatur. vt. 93. dist. c. fin & 25. q. 2. c.  
Sic decet, & ext. de censib. c. Ea quæ.  
Vnusquisque suis terminis contem-  
tus sit, nec supra mensuram Iurisdi-  
ctionis suæ expetat augeri. v. q. 1. c.  
Si quis Episcopus. Nec excusari pos-  
sunt, quin teneantur ad omne dannū  
& interesse, quod litigator laicus su-  
stine-

stinebit per diuturniorem causę statū: quia magis grauabitur in expensis litis, qui maiores fiunt in curia Ecclesiæ, quam seculari. Et quia oportet bit in causis appellationum sequi cu- 24  
riam Ecclesiæ ratione quod erit grauissimum litigantibus, & propter sumptus, & propter viarum discrimina, & loci distantiam, quæ omnia causam constituunt duriorem, & ideo ad interesse laeso tenetur, ut supra ff. de alienat iud. mut. causa facta. l. i. Et profectò Iudex, qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur ff. ad l. Aquil. l. Qui occidit, & ext. de iniur. c. si egressus & c. fru. in fin. In summa sciendum est, quod si controversia sit 25  
inter capitaneos, illa coram principe vel rege finiatur: si inter valuaſores, corā paribus curiæ terminetur. Rub.  
Apud quem vel quos controversiſſ. feu-  
di de-

- 26 *di definiatur. Sed etiam talis distinc-*  
*tio obseruatur: Quod si inter duos sit*  
*controuersia super beneficio regali,*  
*quorum quilibet dicit se à rege inue-*  
*stitū, & alteri potiorem, tunc coram*  
*rege decidatur. Rub. de lege Corradi,*  
*in princip. Si autem inter pares duos*  
*de aliquo beneficio controuersia sit,*  
*quorum uterq; suum feudū proprium*  
*esse dicat, siue afferant eundem inue-*  
*stitorem siue diuersos, coram Iudice*  
*vel arbitro finiatur. Sed cùm vnum*  
*producunt inuestitorem, si possidenti*  
*dominus guarentizare voluerit, sine*  
*fraude ipse obtinebit: nisi aduersarius*  
*contrà aliquid induxerit, dicto titu.*  
*de lege Corradi. Vel dicas illum fore*  
*potiorem, cui dominus primò reddit*  
*possessionem. C. de rei vind. l. Quoties.*
- 27 *Sed an aliis posterior beneficio care*  
*bit? Resp. carebit illo, sed dominus*  
*aliud*

aliud æquiuale*n*s tradere obligatur  
vasallo ignorant*i* sibi feudum alienum  
concedi, secūs est si sciret, tunc  
ad nihilum ei dominus esset obligatus:  
nisi stipulatione sibi prospexisset.  
Rub. de Inuestit. de re alien. fact. &  
extra de Iure patron. c. pastoralis &  
ff. de act. empti. l. Seruus. §. si sciens.

Item sciendum, si miles vasallus dicit 28  
pares curiae hodie iniuste iudicasse, miles  
in possessione remaneat per sex  
hebdomadas, & ad præsentiam prin-  
cipis vel regis vadat, cum illis prin-  
ceps vel rex definiat, quid sit iuris.  
Rub. Quo tempore miles inuest. pet.  
deb. §. fin. Item quia interdum conten- 29  
ditur inter dominū & vasallum, qua-  
liter sit forma contractus feudalis fa-  
cienda, & super hoc est adeundus Iu-  
dex ut huiusmodi contentio arbitrio  
iudicis decernatur. arg. ff. de Iure inr.

M l. Ius.

I. Iuriandum. & si de qualitate, & ff.  
de tutel. & ration. dist. l. Si tutela.  
Ideo post tractatum, quis sit Iudex  
feudi, & quale sit eius officium, subij-  
ciamus de forma contractus feudi:  
cuius ordinatio & conuentio ad eius  
pertinet officium, ut dictum est. Fiat  
igitur ita: Nos. H. dei gratia Rex  
Hierusalem vel Cypri, vel Comes Iop-  
pensis concedimus & damus per nos,  
& successores nostros, tibi P. de Au-  
ten, pro te & tuis filiis masculis vel  
fœminis, & nepotib. in feudum tale  
castrum, & tales villas vel possessio-  
nes, sitas in tali loco, infra tales fines  
de quo feudo præsentibus paribus Cu-  
riæ nostræ (si dominus pares habeat,  
si verò non habet, dicat præsentibus  
alijs testibus & notario publico, vel  
sub sigillo domini) te per annulum no-  
strum vel biretum, vel aliquid aliud  
inue-

inuestimus, & de ipsis rebus tibi pos-  
sessionem tradimus corporalē, quam  
accipiendi facultatem liberam tibi  
damus, & quia iurasti nobis debitam  
fidelitatē seruare, & tale seruitum  
præstare, nos tibi ut vasallo nostro  
seruamus grata vicissitudine fidē no-  
stram: de ipso etiam feudo tibi & libe-  
ris tuis contra omnes defensionem le-  
gitimam facientes. In cuius rei testi-  
monium præsens scriptum fecimus no-  
stri sigilli munimine roborari, vel per  
manum talis in scriptis notarij publi-  
cari, quod est etiam à parib. approba-  
tum. Datum tertia die Kal. Augosti.  
Anno domini. M. CCC. VI.

QUALITER VASALLVS A  
fidelitate, & obedientia domini  
liberetur. Titul. XVI.

1. *Libertas res est inæstimabilis.*
2. *Vasallus domino excommunicato à fidelita-  
te liberatur.*

3. Si domini hæretici bona sunt confiscata, vasallus à fidelitate liberatur.

4. Vasallus à domini lèse maiestat. rei iuramento liberatur.

5. Si dominus feloniam cōmiserit, ob quam vasallus feudo priuaretur, & ipse proprietate priuatur.

6. Vasallus domino quid in honestum præcipienti obedire non tenetur.

7. Immoderato præcepto domini, vasallus iure non obtemperat.

8. Impossibilium uel difficultium nulla nec obligatio, nec obedientia.

9. Frangenti fidem, fides frangatur eidē. &c.

**I** **Q**via libertas res est inestimabilis. argu. ff. si quadrupes pauperes fecis. dic. l. fin. Et est facultas naturæ eius, quod cuique facere libet: nisi si quid vi, aut iure prohibetur. ff. de stat. hom. l. Libertas. Et ad hanc aspirat quilibet homo. arg. ff. de stat. hom. l. 3. ut iugi hoc munus gaudij memorie cōmendetur, in fine tractatus nostri ponimus quāquam vasallus à fidelitate

tate & obedientia domini liberetur,  
quia quæ nouissima sunt melius reti-  
nentur. argu. ff. de probat. l. Si arbi-  
ter. In primis ergo liberatur à sacra-  
mento fidelitatis, si dominus est ex-  
comunicatus, vel si sit in banno Re-  
gis vel Imperatoris, ut in vsib. feud.  
ut in Rubri. Hic feratur lex, deinde  
consuet. reg. incip. &. 15. q. 6. c. nos san-  
ctorum, & hoc quamdiu ab excom-  
municatione, & à banno absolutus  
fuerit. eod. tit. Item si est hæreticus

2

Gazarus, pateretur quod intelligo  
post confiscationem bonorum: quia  
non ipso iure sunt confiscata, sed con-  
fiscanda: cum dicat lex confiscetur. C.  
de hæret. Auth. Gazaros. ext. eod. c.  
vergentis. Item si commisit crimen

3

laſe maiestatis: quia tunc ipso iure  
bona eius fisco sunt tradita. C. ad l.  
Iul. Maie. l. Quis quis & ff. eod. l. I. & 2.

M 3      Item

- 5 Item si dominus commisit feloniam contra vasallum talem, qualem si vasallus commisisset, perderet feudum, tunc dominus proprietatem rei amittet. facit text. in. Rub. si de feud. def. contentio sit int. dom. & ag. vas. §. domino committente & Rub. Qualiter dom. prop. feud. priuetur, in princip.
- 6 Item liberatur ab obediētia domini, ut ei non teneatur obedire, puta si iubeat dominus vasallo aliquid in honestum. ut ff. de oper. libert. l. Hæ demū: vel turpe vel illicitum. ff. de arbit. l. Si cùm dies. §. Compromisso. & ff. Mandati. l. si verò. §. Rei turpis, ubi plenè notaui. Sed nec ex iuramento fidelitatis nisi ad licita obligatur: ut notaui sup. de forma Iuram. & argu. ff. de reg. Iur. l. Semper, & ext. de Iure iur. c. quemadmodum. Item, si est immoderatum præceptum. ext. eod. tit. c. Venientes

entes. Nam nec libertus tenetur patrō in talibus obedire. ff. de oper. libert. l. si libertus. Idem est si præcipitur difficile vel impossibile. ff. Quæ sent. sine appell. rest. l. fin. & facit ext. de Iure iur. c. querelam, & c. breui. & arg. ff. Quarum rer. act. non detur. l. I. §. Quæ onerandæ. Item, si dominus nō obseruat: quæ promisit vasallo, ext. de Iure iur. c. peruenit, & arg. ff. Locati. l. Quero. §. Item, & C. de pact. l. Cùm proponas: fidem enim rumpenti serua ri fidem, grauè est & iniquum. 27. q. 2. c. agathesa.

Explicit tractatus de Feudis  
Petri de Bella Pertica famo-  
sissimi vtriusque Iuris  
Monarchæ, &c.

F I N I S.

John C. Calhoun

Henry Clay

2111A